

tharris acribus : ab ὕζω olfacio. B. *Een stinkende neus-zwier*. G. *Næfen gelchwuer*. Gall. *Ozene, Punais, Pompe*. A. Stinking of the Nose.

P.

P. Simplex Medicis *Pugillum* significat, imo & aliquando *punctum* vel *puncta* aut *puncta*, vel *punctum* simplex.

P. *Æ*. vel *PART. ÆQ.* denotat partes æquales.

P.N. idem est quod præter Naturam.

PART. significat *Paria*, Ex. g. *Rec. N. par. V.*

PART. ÆQ. vide Supra.

PACHUNTA, sunt medicamenta incrassantia, crassissimamque partibus prædicta, quæ dum succis tenuioribus permiscuntur, partes eorum conjungendo, & inter se connectendo, crassiores & stabiliorem consistentiam ipsius tribuunt, ut *Bolus armena*, *Amylum*, *Nymphaea*, *Amygdala*, *Papaver*, à παχυντινα incrassio. B. *Verdikkende middelen*. Gall. *Remedes incrassans*.

PÆDARTHROCAE, cariem ossis significat; est scorbuti symptoma, ex παιδι puer, ἀρθρον membrum & καρπον malum, nam pueri hoc malo plerumque afficiuntur, verum & adultis quoque accidit, confunditur cum *Spina Ventosa*. Nihil aliud ergo est quam caries ossium, maxime circa puerorum articulos cum dolore obscuro & apparente tandem articuli tumore conjuncta, orta à materia acri, dissolvente & corrodente, ab ossium medulla incipiens, ulteriori serendo ulceræ sinuosa & maligni moris, fistulasque in vicinia producit. B. *Bein-værete*. G. Bein-freier. Gall. *Gangrene de l'Os*. Vide *Caries & Teredo*.

PÆDOTROPICA, est pars Hygieinæ, spectans ad puerorum regimen, ex παιδι puer, & τερεδον ratio, modus, vel à τερεδον nutrio. B. *Opvoedinge der Kinderen*.

PÆONIA, vide *Paeonia*.

PALÆTYRUS, est caseus vetus, ex παλαιος vetus, & τυρος caseus, à τυρος siccus, caseus enim est lac siccatum.

PALATUM, est superior oris pars, instar tholi leviter concavum, unde & oris cælum appellatur, constans maximâ parte osse quarto maxilla superioris, & dein duobus osseculis propriè palati dictis, quæ omnia obvolvuntur membrana crassa, glandulosa, rugas versus posteriora determinatas habente. Item vocatur Υπερμηνος, Ουρανος,

Ovenio Galeno. B. *Het verhemelte des mondts.* G. Der Gaume. Gall. *Le Palais.* A. The Pallate.

PALIMPSSA, vide Pix.

PALINDROME, est morbus recidivus, ex $\pi\alpha\lambda\tau\sigma$ item & $\delta\epsilon\mu\sigma$ cursus. B. *Een wederkomende ziekte.*

PALIURUS, est arbustula ad altitudinem arboris quandoque crescens; rami sunt longi & spinosi, sed spinæ foliis proximæ sunt minores, & minus noxiæ quam aliae: folia sunt parva, obrotunda, acuta, coloris viridis, obscuri, quasi rubicundi; calix est monophyllus, pentaphylloides; flos rosaceus, flavus, pentapetalus, staminibus quinque praeditus: ovarium in fundo calicis fit fructus Cypreiformis, osificulo fætus ferè globoſo, in tria loculamenta diviso, in quibus adsunt nuclei ejusdem formæ. Dicitur quasi $\pi\alpha\lambda\lambda\omega\pi\zeta\sigma$, urinam moveo, à $\pi\alpha\lambda\lambda\omega\pi\alpha\lambda\sigma$, vel dicitur quasi $\pi\alpha\lambda\pi\zeta\sigma$. iterum urina, id est, bis mingens: Paliurus enim inter diuretica à quibusdam habetur. A. Prickly bramble, White-thorn.

PALLIATIO, sive CURA PALLIATIVA, est therapeia, quâ morbi incurabiles, quantum fieri potest, medicamentis localibus, mitigantur. B. *Plaatg-middelen/ strael-middelen.*

PALMA, est interior manus pars, *Vela dicta.* B. *De hand-palm.* G. Die flache hand. Gall. *La Paume de la main.* A. The Palme.

PALMA, in vegetabilibus dicitur majus vitis flagellum, unde nascuntur uvæ.

PALMA, Gr. *Φοίνιξ*, arbor Asiatica, dicitur quodd commam in cacumine habeat circumtentam, & ramos in digitorum modum protenos. B. *Padel-boom.* G. Dattelbaum. Gall. *Palmier.* A. Date-Tree.

PALMA CHRISTI, est *Ricinus*, sic appellatur, quod scilicet ejus folia in humanæ manus effigiem articulentur: ideoque etiam *Pentadactylum* vocatur. Vide *Picinus*.

PALMA CHRISTI, est Satyron Basilicum seu Regium, Arabibus *Bucheiden*, *Avicenna digitæ citrini*, nomen invenit à similitudine, quam ejus radix cum humana habet manu.

PALMARIA, est Planta, cujus folia palmam manus, & ob quinque divisiones, digitos referant. B. *Pandækruid.* G. Kreutz-blum.

PAL-

PALMARIS MUSCULUS, venit ab interno humeri ossis tuberculo, tendineo, gracilique carneorum fascium cœtu ejectus, tendineus mox usque in volam atque digitorum limites expanditur : cuti exterior pars, nexionis, non sine laceratione solubili, cohæret, volamque in rugas contrahit. B. **De palm-spier.** G. Der flachen-hand mausz. Gall. *Le Cubital Gresle, ou le Long Palmaire.* A. The brauwne of the palme.

PALMITES, dicuntur quæ è stirpibus ac surculis quotannis prouident, sic nominatæ quod in modum humanarum palmarum virgulas quasi digitos edunt.

PALMULA, vide *Cystæ*, & *Palma*.

PALMUS, est tremor & palpitatio cordis, à convulsione aut irritatione nervorum, cuius causa in sanguine vel succo nervoso consistit, vel in aqua pericardii, à $\pi\alpha\lambda\alpha$ vibro, quatio. B. **Hert-be bingē.** G. Hertzbebung. Gall. *Tremblement de cœur.* A. Shivering, or palpitation of the heart.

PALPEBRAE, Gr. *βλεφαρα*, sunt integumenta binas oculos claudentia & tegentia : constant ex cute, membrana cellulosa, sub qua carnosa, musculis, tunica, tarsis & ciliis, suntque vel superiores vel inferiores. B. **dog-leeden.** G. Die augen-lieder. Gall. *Les Paupieres.* A. *Eyelids.*

PALPITATIO, seu *PULSATIO CORDIS*, est motus convulsivus, non Arteriarum, sed cordis, nam licet violenter & perturbato motu contrahatur, extendaturque, in carpo vix tamen sentitur, sed æ gri ipsi id percipiunt, non sine molestia aliquando maxima ; saepè manu pectori applicata, palpitatio dignoscitur, & cum maxima est, sonitum edit, quem è longinquo audimus, aut costæ diffinguntur, vel si ossa mollia sint, extrorsum cedunt, & in ipso verò corde & auriculis, aut altera tantum, vel principio arteriæ saepè maxima extensio, & Aneurisma inducitur. Adhæc Palpitatio Gradus habet, neque semper adeo ferax est, unde per Periodos incidit : at motu corporis vel animi perturbatione, æstu, vino, &c. intensior fit, quiete verò & somno lenior ; cum Dyspnæa, Scorbuto, Cachexia, Chlorosi &c. plerumque jungitur, aut hi cum ista. Causæ saepè sunt cordis obstructions à sanguine coagulato, osiculis, polypo, arteriæ initio angustato

stato &c. B. *Hertz-klopping.* G. Das hertz-klopfen. Gall. *Palpitation de Cœur, Tressaîlement & Tremblement de Cœur.* A. Panting of the Heart.

PAMPINI, sunt frondentium ramuscotorum comæ colliculique fructum foventes & ab impendente vindicantes injuria. Hinc pampinare, est pampinos superfluos ex vinea detrahere, posteaquam fronduit.

PAMPINIFORME CORPUS, sive **VARICOSUM**, aut **PYRAMIDALE**, sunt arteriæ & venæ ad testiculos euntes, quæ communi tunica includuntur, & corpus refert pampinis crispatis simile. Vide *Varicosum Corpus*. B. *Wyranks geliche lighaam.* G. Der Reb-blät gleiche thiel. Gall. *Corps ou vaisseaux Pampiniformes.* A. Vinea Branchelike body.

PANACEA, est medicamentum universale, omnes morbos indifferenter curans; sed an detur dubito: de tabaco, tintæra solis, tartaro vitriolato, lapide Philolophico, plurima plurimi jactant, ex $\pi\alpha\mu\alpha$ omne, & $\pi\alpha\mu\alpha$ fano, medeor. B. *Ein algemein genreg-middel.* G. Ein allgemeine artzeney, die für alles hilft. Gall. *Panacée.* A. Idem.

PANARITIUM, idem quod *Paronychia*.

PANATA, idem quod *Panatella*.

PANATELLA & **PANATA**, est pultis genus, ægrotis, utile, ex medulla panis triticei vel fecalicei cum aqua in pultis formam, coctum. Melioris nutritionis gratia ova interdum admiscent. Sæpe semina melonum adduntur, ut magis effet refrigerans, à pane nomen sumplisse videtur, sic et Italica sit vox. B. *Brood-pap / Water-pap.* G. Brodt-bruche. Gall. *Panatelle, Panade.* A. Idem.

Panax, & **PANACES**, est planta Pastinacæ latifoliæ species, cuius radix benignum præbet nutrimentum, dicitur $\alpha\pi\alpha\tau\alpha\pi\alpha\alpha\pi\alpha$, hoc est, à sanandis omnibus morbis.

PANCHY MAGOGA, sunt medicamenta purgantia, que dicuntur vim habere, omnes humores vitiatos è corpore educendi; sed an tale detur, dubitandum, ex $\pi\alpha\mu\alpha$ omne, $\chi\mu\mu\mu\mu$ succus, humor, & $\alpha\pi\alpha$ duco. B. *Ein algen buikzuiverent middel.*

PANCOENUS, idem quod *Pandemius*.

PANCRATIUM, dictum videtur, à profligandis & vin-

vincendis morbis omnibus, ex $\pi\alpha\mu$, omne, & $\pi\epsilon\pi\tau\omega$ vincio, fortiter teneo.

PANCREAS, *Pancration*, *Pancreon*, *Callicreas*, *Callicreon* & *Lates*, Synonima sunt. Gr. $\pi\alpha\mu\pi\eta\mu\pi\alpha$. Est glandula conglomerata in abdome, sub posteriore ventriculi parte sita & duodeno intestino alligata, usque ad hepatis & lienis regiones extensa, cuius munus est succum lymphaticum volatilem & insipidum, leniter salsum in esuientibus animalibus, per proprium ductum ad duodenum, anterioris chyli solutionis, subactionis, nec non bilis subjugationis & attemperationis gratia, alegare. Glandula haec maxima est in toto corpore, in hominibus mediocris, in canibus ulnae magnitudinem non raro excedit, ex $\pi\alpha\mu$, omne, totum, & $\pi\epsilon\pi\tau\omega$ caro, quasi diceret totum carnosum. Vide *Callicreas*. B. *Alveus* / *buit-klier-bedde* / *schoon vleis* / *de groote klier*. G. Das gekrösezge-druse, die grose druse. Gall. *Le Pancreas*. A. The Pan-creas, all flesh, vel sweet-bread.

PANDALEA, Neoterici ferè vocant idem quod Ele-ctuarium solidum, nisi quod *Pandaleon* integrum rema-neret. Etenim saccharum ritè coctum pixidi infunditur, ac solidefcere finitur: æger fractam partem accipit instar eclegmatis: *Pandaleon* è *Rotulis*, *Morsulise* non nisi for-ma differt.

PANDALITIUM, idem quod *Panaritium*.

PANDEMUS, sive morbus communis, est morbus ejusdem speciei, qui in una regione plures simul invadit, ex $\pi\alpha\mu$ omnis, totus, & $\pi\mu\pi\pi\mu$ populus. B. *Eine algemeine ziekte*. G. Eine allgemeine krankheit, eine feuchte. Gall. *Maladie Commune*, vel *Pandemic*. A. A Common disease.

PANDICULATIO, Gr. $\Sigma\pi\omega\delta\pi\pi\mu\pi\mu\pi\mu$, $\Sigma\pi\omega\delta\pi\pi\mu\mu$, est convulsio brachiorum in altum sublatorum sub certa figu-ra, ac nonnihil versus lumbos contractorum, unde etiam ipsi lumbi nonnihil convelluntur, inflexo, & ad latus alterutrum, commoto corpore, inò etiam collo, ut facies quoque ad latus spectet, caputque versus dorsum inclinetur; verum in Pandiculatione convulso non est convul-sio diurna, sed cum lenta, tum brevis: atqui plus, quam rigor solitam corporis figuram efficit, qua de causa magis spectat ad Opisthotonon. Inò Pandiculatio sae-pe cum

cum Oscitatione una incidit; aut oscitationem excipit Pandiculatio, vel hæc istam, & plerūque mutuae vicissitudines fiunt inter Oscitationem, Pandiculationem & Horrorem, Rigoremque se se mutuo excipientes, aut alteram cum altera complicantes: nam Pandiculatio est tantum oscillationis maximus gradus. B. uitrekking. G. Das recken und strecken des leibes. Gall. Extension, Pandiculation. A. Stretching.

PANICULA, dici potest quidquid sublonga vel subrotunda effigie tumet, ut quæ pendet à picearum ramis. Lanosam quoque comam in milio, panico, arundine, & qualem in arvis complures herbeæ & in palustribus junci gerunt, Latini Paniculam dixerunt.

PANICUM, est Milii species cuius spica ex innumeris crassis, rotundis, albis aut flavescentibus seminibus in spicas minores digestis conflatur: à paniculis dici perhibent. Gr. Εὐηρός ab ἵλος palus, quia locis paludosis gaudet, vel ab ἵλω involvo, quia multum feminis involvit. B. Panik-hoozn. G. Heydelpfenich, pfenich, fuchs schwantz, pfenich, fech welscher hirs. Gall. Panis. A. Panick.

PANICUS, est repentinus terror & consternatio, dicitur à Deo Pan, qui minatus terrorem immittit: Pan Pastorum nomen olim fuit.

PANNICULUS ADIPOSUS, est congeries multarum cellularum sub cute immediate positarum, membranis tenuissimis constantium, totum corpus ambientium ubi cutis est, in quibus ex valis sanguiferis hoc decurrentibus deponitur oleum sanguinis, quod ibi per tempus stagnare potest, verum à majori sanguinis motu per ductus suos in venas sanguineas iterum impellitur & circulationem obit: potest hæc congeries cellularum in obesis contineare quamplurimum pinguedinis, in macilents parum. B. 't Vlies daar 't het in bewaart woydt / onder de huid en tusschen de spieren. Gall. Pannicule adipeux.

PANNICULUS CARNOSUS, Gr. Ρύπη Σαρκοδύνη, est panniculi adiposi membrana inferior, cellulas ejus determinans, & sustinens, & propriè ad eas pertinens, quæ in plurimis locis satis crassa & musculosa, in aliis iterum membranosa, velamentum toti corpori præbet. Sed in brutis tantum reperitur, in hominibus rarissime, & ad certa tantum quædam loca. B. Het vleitzig vlies. G. Das flei-

fleischerne hæutlein. Gall. *Pannicule charneux*. A. The Fleshy membrane.

PANNICULUS NERVOUS, idem quod *Panniculus Carnosus*.

PANIS CUCULI, vide *Oxus*,

PANIS PORCINUS, vide *Cyclamen*.

PANNUS, oculi morbus est, quando vasa sanguinea ad angulos oculorum in tunica tendinosa excurrentia, propter obstructionem, sive inflammationem sanguine turgent. Postea crescente hoc malo, tela, quasi carnosa oculum vel ex parte vel in totum in superficie, obducunt, adeo ut oculi à lumine maximè offendantur, & planè rubent. B. *Een rog-lap*. Gall. *Le Panniculus, ou espece d'Ongle*.

PANNUS, notat *Maculam vel Nævum* in cute sive ex iue gallica, sive ex alio morbo maligno dependentem, est macula grandior palmæ interdùm magnitudinis, coloris substavi, vel rubicundi, fusti vel subnigri, in facie sèpius proveniens, & sexum sequiore deformans. B. *Honing-blekken / zonne-brand*. G. Die honig-flecken, sonnenbrand.

PANOCHIAE, sunt Bubones, vel tumores in Inguinibus orti ab inflammatione, vel mala Venere &c. glandulas inguinales occupantibus. B. *Hlap-voren*. Vide *Bubo*.

PANUS, est species bubonis sub axillis, faucibus, auribus & inguinibus, in partibus sc. glandulosis. Sumitur etiam pro *Phygetlo*. B. *Klergezwel onder d'oxelen*. G. Schliergeschwulst, druesen geschwulst.

PAPAVER, est planta, quæ habet caulem ramosum: folia sunt oblonga, ampla, dentata, crispa, albescens; vel ex atro viridia: calix bifolius, valde caducus: flos est rosaceus, quatuor plerūque petalis in orbem positis constans; ex cuius calice bifolio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu testam ovatam vel oblongam, capitello ornatam, sub quo in quibusdam speciebus series spiraculorum in circuitu aperitur in fructus cavitatem, variis per longitudinem foliis munitam seu lamellis, quibus tanquam placentis adhaerent semina rotunda ut plurimum & minutissima. Gr. Μάκαρον dicitur à μη κορεῖν non ministrando, quod suis fungi muniis vescentes non patiatur. Papaver dicitur nomen habere à formoso puer Papavere,

in

in florem sui nominis verso , alii derivant à papo lacteo infantum, vel quod ejus femen infantum laeti admiscentur, vel quia ejus folia lac fundant. B. *Deul / maan-hop.* G. Magfamen, moehn. Gall. *Pavot.* A. Poppy.

PAPILLÆ INTESTINORUM, sunt protuberantiae exiguæ, quibus intima intestinorum tunica referta est, ex ductibus glandularum, finibus nervorum, emissariis lymphaticorum & lacteorum contexta Vide. Anat. noſt.

PAPILLA, est prominentia rubra in medio mammorum confita , cuius pori recipiunt omnes tubulos lactiferos, hic angustatos, à glandulis mammariis, prodeentes. Gr. οὐλὴ. B. *De tepel / speene.* G. Brust-wärtzlein, dutten, wartlein. Gall. *Le Mammelon, le bout de la mammelle.* A. The Nipple of a. breast.

PAPILLARE OS, idem quod *Sphenoides.*

PAPILLARUM processus, sunt extremitates nervorum olfactiorum, membranae mucosæ viridi Schneiderianæ numerosissimè infertorum, sensationi olfactus inservientes, & hinc cum extremitatibus suis instar minimorum villorum eminentes. B. *De tepelwöſe upftſtechſelg van de reuk-zenuwen.* Gall. *Les Mammelons des Nerfs de l'Odorat.*

PAPPUS, tam Græcis quam Latinis lanugo ex floribus & fructibus decidua est. Sic etiam lanosi quidam vilii , qui deflorescentibus aliquot herbis circum semen remanent, & postmodum in auras evanescent , pappi sunt, in senecione, soncho, & plerisque aliis fit.

PAPULÆ, idem quod *Pustulæ*, vide *Exanthemata.* Item species morbillorum, quæ etiam *Boa Sudamina, Fer-vidæ Eruptiones & Rubicunda Cutis Aspredines* dicuntur. B. *Kood-jong / rood-hond / rood-jook / rood-wonk.* G. Zittermaahl, hitz blätterlein. Gall. *Pustules, Bourgeons.* A. A pimples, whelkes, blisters.

PAPYRUS, est arundinis species Niloticæ : à Papyro, Cognomen *Papyrii*, παπύριο deductum est , à quo Papiriana tribus, estque res & vox Ægyptiaca, quia radice utebantur pro ligno ad ignem struendum : dici itaque posset à πάπερι & πῦρι, quod ignis pabulum esset. B. *Papier rict.* Gall. *Papier.* A. The Paper-reed.

PARACELSISTICA MEDICINA, idem quod *Hermetica.*

PARACENTESIS, sive punc^{tio}, est perforatio Thoracis, vel Abdominis, per cannulam cuspidatam. In thorace sit, quando repletus sit pure vel aqua, & punc^{tio} instituitur in latere, intra quintam & sextam vertebram; in Abdomine verò cùm illud Hydrope ascite intumet, ad latus lineæ albæ abdominis, in musculis rectis & oblique ascendentibus: adhinc vires robustæ, & purgatio præcedat, etiam sint pulmones, intestina, reliquaque viscera incorrupta, quum umbilicus protuberet, aliam viam ne investigato, ibi verò apertio[n]em moliri necesse erit. Pus aquamve ne simul educito, sic enim ægrum jugulares, sed per partes, ut septenis diebus libram, aut libram unam & semissim secundūm ægri vires. Operatione perfecta emplastro astringente & conglutinante vulnus obtundit. Si meatus & vasa intus sint rupta, ex Paracentesi auxilium querere, esset oleum & operam perdere, unde fibimet hæc committenda, à *παρακεντήσις* compungo. B. **Buik-opening / buik-stekking.** G. Eröffnung des bauches mitt einen eisen. Gall. *Paracenthese, Ouverture du Ventre.* A. Perforation, of the Belly.

PARACHETEUSIS, idem quod *Derivatio*.

PARACMASTICA, est febris continua decrescens: item ætas declinans, à *παρακαυτή* decrescit. B. **Een afgaande koorts / of afgaande ouderdom.**

PARACME, vide in *Aeme*.

PARACUNANCHE, est inflammatio cum febre continua & respiratione difficulti, in musculis laryngis exterioribus, excitata, ex *παρακάνθη*, *κύνη* canis, & *ἄγκων* angō. Vide *Angina*.

PARADYSI GRANA, vide *Cardamomum*.

PARALYSIS sive **RESOLUTIO**, est movendi impotencia in his aut illis musculis, qui dicuntur arbitrio nostrō subjecti, quod tamen non admodūm stricte intelligendum: nullus adest dolor, vel sensus in parte, aliquando hic tamen est levis cum stupore, vel specie punctionis, semper sunt cauta[m] membra flaccida, s[ecundu]m etiam macilenta; & ad tactum frigidiora, subinde etiam sanguis quoque ablatus est, aut vermes quasi repentes in partibus percipiuntur, oriunda ab omni causa, quæ impedit influxum spirituum animalium in nervos partibus affectis dicatos, vel quæ prohibet introitum sanguinis arteriosi in musculos partes eas

eas moventes. Si in utroque latere sit, *Paraplegia* dicitur, si in uno *Hemiplegia*: si in hoc aut illo membro particularis appellari solet, à *wagælia* resolvo. B. *Lammigheid*. G. Der schlag, paralyſz, das gut, troſſ. Gall. *Paralyſie*, *Affolute*. A. The Palfey, Lameneſſ.

PARALYSIS HERBA, seu **PARALYTICA**, dicitur vulgo *Primula Veris*, & *Betonica Alba*: vocatur, quod paralyticis morbis medeatur.

PARAMESUS, est digitus medio proximus, minimus que vicinus, qui *Medicus* & *Annularis* dicitur, ex *wagæ* juxta, & *μισθον* medium. Vide *Digitus*.

PARAPHIMOSIS & PERIPHIMOSIS, est penis vi-
tium, cum cutis ita curta est, ut glandem adducta, con-
tegere nequeat. Item, cum ea, quæ meatus præter san-
itatem claudebant, remota fuerint. Item uteri angustia &
contractio, ex *wagæ de*, & *φυμον* camo obligo.

PARAPHRENITIS, est delirium cum febre continua ex inflammatione diaphragmatis, vel membranarum illud cingentium tum in Thorace, tum in abdome oriunda, cum dolore intolerabili punctorio ob membranas nervosæ, qui immaniter increscit in respiratione, tussi, sternutatione, unde ægri incident in ritum sardonum, & brevi convulsionibus & furore pereunt, unde est morbus Pleu-
ritidi affinis, illa tamen major, ex *wagæ ex*, & *Φενιτις* phrenitis. B. *Bassaard razende koortz*.

PARAPHRYSNE, sive **DELIRIUM**, est levis quædam imaginationis & judicij alienatio orta ab inflammatio-
ne aliquam partem corporis occupante cum febre conti-
nua, à quibus in consensum trahitur cerebrum, ex *wagæ*
Φεριν'ω mente sum alienus. Vide *Delirium*.

PARAPLEGIA, est paralyſis quæ omnes corporis partes capiti subiectas occupat, ab utriusque trunci me-
dulla spinalis obstructione, ex *wagæ de*, juxta & *whirtz* percutio. B. *Lamheid des gantschen Lichaams*. G. *Algemeine schlag des gantzen leibes*. Gall. *Paralise de tout le Corps*. A. *Univerial Palfy*.

PARAPLEXIA, idem quod *Paraplegia*.

PARARHYTHMUS, est pulsus alterius indolis quam ætas fert, ex *wagæ præter*, & *polad* modulus. B. *Een pols die tegen de gemene regel staat*.

PARASTATÆ, idem quod *Epididymis*, è *wagæ* juxta sto.

PARA-

PARASYNANCHE, est inflammatio muscularum ipsius pharyngis, seu faucium cum febre s^epe continua, ex $\pi\alpha\zeta\delta$ præter, $\sigma\alpha\delta$ cum, & $\alpha\gamma\chi\omega$ strangulo, Gr. $\tau\alpha\gamma\chi\omega$ seu *Angina Porcina* Aureliano, suibus familiare fit maius.

PAREGORICA, sunt medicamenta mitigantia dolorem, tollendo asperitatem ejus, ut & acrimonie lœdantis, à $\pi\alpha\epsilon\gamma\omega\zeta\omega$ lenio, mitigo. B. *Verzagende Dingē*. G. Schmertzen lindernde artzeney. Gall. *Paregoriques*, Remedes qui calment les douleurs.

PAREIRA BRAVA, est vox Lusitanica significans vitem sylvestrem. Apud Brasilianos vocatur *Caapeba*. Radix est magna & crastia, quæ ad renes à tartareo malico expurgandos nuper magnopere fuit commendata. Videtur autem famam majorem fuisse, quam realem effectum.

PAREMPTOSIS, est casus, vel coincidentia : exempli gratia : quando è corde constricto, in arteriam magnam delabitur crux, à $\pi\alpha\epsilon\omega\pi\kappa\tau\omega$ incido. Vide *Coincidētia*.

PARENCEPHALOS, idem quod *Cerebellum*, ex $\pi\alpha\zeta\delta$ juxta, post, & $\iota\gamma\kappa\iota\phi\alpha\lambda\omega$ cerebrum. Gr. παρεγκεφαλος Herophilo, Εὐγένειος Galeno, Επίκεψις Poll. Ο πατθιστης Εγκεφαλος. Vide *Cerebellum*.

PARENCHYMATA, sunt viscera, quæ elaborant aliiquid, quod usui communi totius corporis inservit : sic pulmo & cor conficiunt ex alimentis in primis visceribus contritis sanguinem per suam actionem & fabricam, & iterum ex sanguine conficiunt reliquos humores minores; Hepar elaborat bilem, quæ est Ciborum intimum refolvens & miscens : Pro omnibus visceribus aliquando paulò latius sumitur, à $\pi\alpha\epsilon\omega\chi\zeta\omega$ transfundō. B. *Ingewanden*, den daar het bloed door vliest. Gall. *Parenchyme*. A. Idem.

PARDALIANCHES ACONITUM, sic vocatur quoddam pantheras necet & pardos ; $\pi\alpha\delta\omega$ est pardus, & $\alpha\gamma\chi\omega$ strangulo.

PARESIS, est Paralyseos species quæ post dolorem colicum inducitur, à $\pi\alpha\epsilon\iota\mu\omega$ laxo, solvo. Vide *Paralysis*.

PARIETALE OS, idem quod *Bregma* vel *Sinciput*.

PARIETARIA MURALIUM, est planta, quæ habet caules rotundos, rubicundos, fragiles : folia oblonga, acuta, villosa, aspera, vestibus facillimè adhærentia : flos est apetalus, quatuor plerūque staminibus constans eis

calice quadripartito surgentibus, nunc campaniformi, nunc infundibuliformi, modo rotato: pistillum autem abit in semen, ut plurimum oblongum, in capsula, quæ floris calix fuit, reconditum. Gr. Ελέαν & Περδίκτων sic vocatur à parietibus, & muris, quibus accrescat, vel juxta proveniat. B. Glas-kruid. G. Tag und nacht, S. Peters-kraut, glasz kraut, Maur kraut. Gall. Parietaire. A. Pellitory of the wall.

PARIS HERBA, seu **UVA LUPINA**, & **UVA VERSA**, est Aconiti species; quæ habet caulem mediocriter crassum, rotundum, solidum, in parte superiori videm, in inferiori rubicundum: folia sunt in crucem disposita, oblonga, ampla, venosa, rugosa, aliquantulum acuta, nigricantia: calix quadrifolius, radiatim expansus: flores sunt tetrapetalii, cruciformes, quatuor staminibus donati; flori succedit bacca mollis, globosa, quatuor tubis instructa, in quatuor loculamenta divisa, coloris obscuri, odoris ingratii, continens semina oblonga, exigua, alba: radix longa, parva, nodosa, repens: hæc planta crescit in sylvis. B. Wolfs-bezie / dolwætel / wolfswoxtel / spinne-hop. G. Wolfsbeer, einbeer, doll-wurtz. Gall. Raisin de Renard. A. One Berrie & Herbe true love.

PARISTHMIA, sive **AMYGDALÆ**, sunt glandulæ duæ, in ore ad faucium initia posita, ex convolutionibus in fæse constantes, quæ tenui, latâque productione inter fæse connectuntur, sinum habent utrinque unum communem, amplum & ovalem in os apertum; usus præcipuus est, materiam quandam mucosam, sive pituitosam in fauces & os effundere. Vocantur etiam *Tonsillæ*, *Averrhoës*, *Mnæs* & *Σπόρης* Hippocrati, *Antias*, ex *μάγη* juxta, & *ισθμός* isthmus. B. **Amandelen**. G. Mandeln. Gall. *Amygdales*. A. Almonds.

PARONYCHIA, est planta, quæ habet caules nodosos, se extendentes, & repentes; folia polygoni, sed minora & breviora: calix est pelviformis, sectus in quinque partes cucullatas: flos quinque staminibus constat: ovarium in calicis centro positum emittit tubam unam, erectam, fitque cum calice fructus pentagonus uno femine fætus: radix perennis, longa, satis crassa, in multos ramos lignosos divisa, alba: hæc planta est alba, aut coloris argentei; & crescit in regionibus calidis circa montes;

her-

herbula hæc, sic fortè dicta, quod malis circa unguies medeatur, ex παρὰ ad, vel, juxta & ἐν τῷ unguis, quasi ad unguem. A. Felon, Whit low, Whit-low graft.

P ARONYCHIA, PANARIUM, PANARITIUM, si-
ve **R EDUVIA,** est inflammatio subcutanea in apice digi-
ti manus, in periosteо vel unguis radice hærens, quæ pri-
mo vix exteriū conspicitur, dolore nihilominus acerri-
mo, qui vigilias moleitas facit, cum ardore & pulsatione : sed tumore penè nullo in principio, aut rubore mani-
festo ; tertio autem vel quarto die, cum tumor, tum
inflammatio exteriū eluent, & sàpē ad manum vel hu-
merum usque extenduntur. Originem habet ex quacun-
que causa has partes inflammare, tum ex acri, & corro-
dente humore, tendines, nervos, periosteum, imò os ip-
sum corrodere valente, ex παρὰ juxta, & ἐν τῷ unguis. Lat.
P anaritium. B. **D pd-nagel / de wpt / wozm / ziekte**
zonder naam. G. Finger worm, grippeln, das bœse
ding, nagel-geschwær. Gall. **P aronichie, Panaris.** A. A
felon, or whitlow.

P AROPIAE, sunt anguli oculorum minores, tempora
versus spectantes, ex παρὰ juxta, & ἐπ τοις video. Vide
Canthus.

P AROPTOSIS, antiqua quædam adustionis species est,
quæ in variis morbis usu veniebat : item significat sudori-
ris provocationem in balneo sicco cum prunis ardentibus
à παρωτά aduro. B. **B rænding / drooge stoving.**

P AROTIDES, sunt glandulæ duæ post aures sitæ, oc-
cupantes foveam inter procellum mammillarem, condy-
loidem & os jugale factam, quæ ab carotidibus externis
sanguinem accipientes, salivam in magna copia conficiunt,
eam communi ductui infundunt, qui circa tertium dentem
molarem superiorem perforando musculum buccinatorem
in os hiat. Item tumores glandulis, post aures, contingentes,
ex παρὰ pone, juxta, & ἐπ auris. B. **O orzhieren /**
gezwollen achter 't oor. G. Die Ohren druesen, harte
beutzel, geschwulst hinter den ohren. Gall. **P arotides.** A.
A fwelling behinde ones eares.

P AROXYSMUS, est pars periodi morborum, quâ in-
tenduntur & exacerbantur : estque vel ordinatus, qui cer-
tis temporibus intensionis affligit, ut in febri tertiana, vel
inordinatus, qui nullum certum intensionis tempus obser-

vat; sed nunc hoc, nunc illo die redit; nunc citius, nunc tardius infestat, ut in febre erratica. Vocatur & *Periodus*, *Accessio Celso*, *Exacerbatio & Invasio*, aliis παροξυσμός, Επιβολή Gal. Αριστ. cuius ipsius initium Αγρίν & Επανυποτα Galeno dicitur, à παροξύσμῳ exacerbbo. B. *Anfall/überfall/verheffinge*. G. Entzuendung, der anstofz, anfall. Gall. *Accès, Paroxysme*. A. Fitte of the disease

PARS, est corpus toti cohærens, communique vitâ conjunctum, actionibusque perficiendis comparatum. Partes dicuntur sensibiles, spermaticæ, & sanguineæ: similiares & dissimilares; organicae vel inorganicae; principales & ministræ; continentæ & contentæ &c. Gr. μέρη & Μοῖραι. B. *Een deel*. G. Ein theil. Gall. *Partie*. A. Part.

PARTHENIS & PARTHENIUM, est planta cuius nomen variis imponitur herbis: sic appellatur, quod morbis uterinis mulierum, præfertim virginum, medeat: sic vocatur Matricaria, & Artemilia. παρθενία enim virgo est, in specie aliquando camomilla foetida est Fuschio, quod vocat *Amaracum, Solis oculum, Millefolium*: *Thufsis Canta* est; officinis & Herbariis *Cotyla foetida* est, vi de *Cotyla*.

PARTUS, est foetus maturi in lucem editio, in parto ordinario foetus membranis ruptis, caput antrorsum verit, eoque versus uteri collum inclinato, egressum conatur, solito more foetus mense nono excluditur, partus non fit absque motu convulsivo muscularum abdominis, dorsi, Diaphragmatis & aliarum partium: imò etiam non sine dolore, anxietate & molestia, mereturque sane morbis accenseri convulsivis. Gr. Τόξο, Τίτις, Κόνηα. B. *De baring*. Sumitur & pro ipso foetu. B. *De vugt*. G. Geberung, geburt, frucht. Gall. *Le Fruit*. A. Delivrance. G. Kinds-noeth, in kinder nothen arbeiten. Gall. *L'Accouplement, Travail, Delivrance*. A. Child Bearing.

PARTUS CÆSAREUS, est, quando infantes in difficulti partu, ex abdomen & utero exscinduntur, vivente vel mortua matre. *Scipionem Africanum* primò ex utero sectum testatur antiquitas, adhuc superstite matre; idem de *Manlio* aliisque creditur, unde omnes Romani Cæsares nomen accepisse vulgo creduntur, quia ex eadem familia erant.

*Qui Cæsaris nomen sit sortitus,
E Matris Cæsum fuisse utero.*

B. *De Keizerlyke sneede.* G. Der Kayserliche schnit. Gall. *Section on Operation Cesarienne.* A. The Imperial cutting.

PARTUS DIFFICILIS, idem quod *Dystocia.*

PARVIVISCRULUS, Gr. Σπλαγχνός, est, qui parva viscera habet, & nonnunquam prava. B. *Klein van ingewanden.*

PARYLIS, est inflammatio, putredo, aut excrescens, juxta gingivas, ex παρά juxta, & στομα gingiva.

PASMA, idem quod *Diapasma.*

PASSA, & PASSULA UVÆ, est uva sicca solem passa.

PASSERINA, est Alsinis species, sic dicta, quia paf-feres hâc herbâ gaudent.

PASSIO, idem quod *Pathema.*

PASSIO BOVINA, vide *Pithiriasis.*

PASTA REGIA, idem *Martius panis.*

PASTILLUM, est pomum odoriferum, fit ex odoratis pulveribus, qui cerâ, styrace liquidâ, Balsamo indico, Tragacantho cum tantulo terebinthinae excipiuntur, & in globum formantur: usus est ut gratus odor concilietur, sumitur aliquando pro trochisco. B. *Een ruijtblad.* G. Ruech kieglein. Gall. *Pastille.* A. Pomander Balles.

PASTINACA, est planta, quæ habet caulem crassum, firmum, striatum, vacuum, ramosum: folia ampla, villosa, in margine dentata, pinnata, ex aliis sat crassis, & costa magna sustentata composita, saporis grati & aromatici: flos est luteus, rosaceus: radices sunt crassæ, carnosæ, longæ, esculentæ, exterius flavo-fuscæ, vel dilutiæ flavescentes, intus albicantes: semina sunt parva, ovata, margine donata, per maturitatem sacculum depontentia: ejus nomen à pascendo dictum videtur; alit enim corpus & Venerem excitat, vel quod sponte in agris nascatur, eaque plebs saepissimè depascatur: vel quod pastinum habeat, & ibidem referat radix (pastinum est ferramentum bifurcum, quo femina panguntur, & pastinaca vulgaris tale ferramentum unica furca refert: sic & piscis pastinaca, à tela pastino simili nomen accepit) certe postulat ratio ut pastinaca eodem modo dicatur. Gr. Σταφυλί. B. *Pastinaken / pinsternakken / witte wortelen.*

Ien. G. Pastenach, weisse ruben. Gall. *Panaïs*, *Pastenade*.
A. Parsneps.

PATELLA, idem quod *Mola*, *Genu*.

PATHEMA, est omnis passio, morbus, seu affectus præter ordinem, quo corpus nostrum laborat; Gr. πάθημα, Πάθημα τῆς φυσῆς, sunt animi affectus, à πάχεια patior. B. *Lydinge*, beweginge des gemoeeds. G. Bewegung des gemuehs. Gall. *Affection*, *Disposition*, *Passion*. Ita quoque A.

PATHETICUS, est nervus quarti paris intrà cranium: quarto pari apud *Willifium*, & octavo apud *Fallopium* accensetur, hic cranio egressus per foramen tertium magnum oblongum, videtur torus impendi in musculum Trochlearum oculi, à πάχεια patior. B. *De lydende zenuw*. G. Die leidende spannader. Gall. *Le Nerf Pathetique*. A. The pathetick nerf.

PATHOGNOMONICUM, est signum proprium inseparabile, quod soli & omni convenit, ejusque essentiam indicat, quod etiam à principio ad finem durat: ut in pleuride vera, semper adeit febris continua, respiratio molesta, lateris dolor punctorius & tussis, ex πάθημα affectus, & γνώση cognosco. B. *Een eigen teken*. Gall. *Signe Pathognomonique*.

PATHOLOGIA, est pars Medicinæ, docens morbos corporis nostri, morborum differentias, eorumque causas unde orientur, & effecta quæ in corpore præsent, ex πάθημα affectus, & λύσις dico, narro. B. *Verhaal der ongezondheid*.

PATHOS, idem quod *Pathema*.

PATIENTIA, est corrupta vox ex *Lapathum*; si enim auferatur *La*, manet *Pathum*, ut patientiae nomen resulare videatur.

PATIENTIÆ MUSCULUS, idem quod *Levator Scapulae*.

PECHIAGRA, est arthritis circa articulationem cubiti, ex πάθημα cubitus & ἀγριόω capio. Vide *Arthritis*.

PECTEN VENERIS, ACULA, Gr. Σαύδιξ, est species Chærefolii sylvestris: dicitur quod ejus semenum thecae vel pecten referant, vel si singuli dentes sumantur, acui similes sint. B. *Haalde kervel*. G. Wilde mohren. A. Pinkenclede, storkes-bill, wild chervil.

PECTI-

PECTINÆUS, musculus vide *Lividus*.

PECTINIS OS, idem quod *Os Pubis*.

PECTORALIA, seu BECHICA, sunt medicamenta, quæ agunt vel attenuando, vel incrassando & leniendo, ut ea quæ pulmonibus hærent & tussim excitant, ad expectorandum apta reddantur. Gr. Βιζικα. B. Vorstmidde-
len. Gall. *Remedes pectoraux*.

PECTORALIS MUSCULUS, duo sic vocati sunt musculi, alter est *Pectoralis major*, alter est *Pectoralis minor*. *Major* oritur à facie exteriore omnium costarum verarum & claviculae, & inseritur ad latitudinem quatuor digitorum infra caput ossis humeri spinæ exteriori ejusdem, hujus musculi tendo duplicatur, & quasi intorqueatur ut in tam parvo loco tot fibræ tendinosæ implantari possint, aliquæ etiam ejus fibrae carnosæ confunduntur cum deltoide, functio hujus musculi est Humerum ad pectus adducere. *Minor* oritur à facie externa 2. 3. 4. 5. costæ dentatis productionibus circum circa ubi costæ cartilaginibus sterni junguntur, & inseritur processui coracoideo scapulae, hinc anteriorem & superiorem scapulae partem versus inferiora & anteriora flectit. B. *De vorstspier*. G. *Der brust-mausz*. Gall. *Muscle Pectoral*. A. *The Muscle of the breast*.

PECTORIS OS, vide *Sternum*.

PECTUS, Gr. Στήθος, Θώραξ, est pars thoracis anterior, quæ sub juguli clavicula est usque ad diaphragmatis regionem extensa, cuius posterior pars *Dorsum* appellatur. B. *De vorst*. G. *Die brust*. Gall. *La Poitrine*. A. *Breast*.

PEDAMENTA, sunt, quibus stat recta vinea, hoc est, quibus veluti pedibus nititur. Nominantur quoque *Pedamina*.

PEDICULARIA, & PEDICULARIS, dicitur Staphis agria, sic dicitur, quod pediculos necet.

PEDICULARIS, est planta, quæ habet folia crispata instar cristæ galli & crenata; caules angulosos, debiles, excavatos, partim repentes, partim rectos: flores sunt monopetalii, personati, bilabiati, labio superiori galeato, in inferiori trifido, coloris purpurei, aut rubicundi, aut albi; post florem sequitur capsula compressa, acuta, ferè ovalis, inter duo folia latens, & dissiliens in duas partes, plurimis seminibus compressis & nigricantibus & figuram

renum referentibus fætas; radix est digitæ minimi crassitie, aspera, alba, in multas crassas fibras divisa, saporis amari: hæc planta crescit in pratis & in locis humidis. Gall. *Pediculaire des prez.* Ab effectu nomen habet, si enim à pecoribus, ut fertur, inter cætera pabula devorata fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. Gr. Αλικτωρολόφος, ceu crista galli censetur, cui folia similia gallinaceæ cristæ sunt, imo ob florū congeriem, multiplicitis & densæ gallinacei cristæ modo fastigiatam, sic posteriores dici putant: aliqui *Fistulariam* nominant quod ad fistulas & sinuosa ulcera utilis esse credatur. Vide *Alektorolophos*.

PEDICULARIS MORBUS, idem quod *Phthiriasis*.

PEDICULUS, idem est quod *Petiulus*, quo nempe folium, fructus aut flos dependet. B. *De stiel.* Gall. *La Queue.*

PEDICULUS, est insectum homini præsertim infestum. B. *Een lugs.* G. Laus. Gall. *Un Pous.* A. The Louse.

PEDICULUS ELEPHANTIS, est *Anacardus*, sic ob magnitudinem, & fortasse ob analogiam ita appellatur.

PEDILUVIUM, est balnei species, lavandis pedibus utilis, uti ipso vocis sono liquet. B. *Een voet-bad.* G. Ein fusz-bad. Gall. *Bain pour les pieds.* A. A. Footh-bath.

PEDIUM, idem quod *Planta pedis*.

PEDRA DE COBRA, est lapis ovalis figuræ, ex uno latere planus, ex altero gibbosus, coloris fusci & splendentis, poris aliquot interspersus, reperiundus in serpente indicō coronato, diademate seu conspicillo insignito, cuius virtus est alexicaca cum applicatur serpentum moribus. Ita dictus lapis, vocabulo a Lusitanis imposito, adversus viperarum morsus præstat auxilium, externe applicatus. In serpente, dicit Cl. *Kämpferus*, quod vulgo credunt, non invenitur, sed arte secretâ fabricatur à Brahmenis. Pro dextro & felici usu, oportet adesse geminos, ut cum primus veneno saturatus vulnusculo decidit, alter surrogari illicò in locum possit; hinc geminos habere debent indigenæ, quos cum goffypio capsulae inclusos probè asservant: loquitur idem laudatus Autor de alia ophitide, quam posse debat, instar silecis durissima, ponderosaque, uncialis longitudinis, figuræ quodammodo tornatilis, & quasi ex annulis compatæ; quales inveniri in

in capitibus maximorum serpentum credulus persuadetur vulgus : ille verò Autor apophysin alius petræ , vel in ipsa petra molliori genitam judicat, velut lapides bufonius, aëtes, lycius, oculus catti, gloso petra, & si quos alios vulgi error transcribit ex animalibus. Fidem ipsi fecit collis petrosus, quem bidui itinere ab Isphahano urbe offendit, cuius fabulum ex petra dissolutum, innumeros exhibebat variae figuræ bufonios & judaicos, quibus vel plaustrum implevit. Quo ipso fertur, ut istis lapidibus nihil efficaciam inesse credit , nisi quam actuali frigiditate suâ, vel absorbendo præstant.

PEDRA DE PORCO, est lapis quadrupedis Histris dicti, constans ex tomento, fibrillis, & materia friabili, subruffa, amaricante, & desoribus quibusdam in partibus, cetaceis, & subnigris quasi unguibus coöpertus, substantia solubilis facile, ad linguæ attactum summè & illicè amaricans, ejus vis sudorifera est insignis. Dicitur etiam lapis Hystricinus : juxta Doctiss. Kämpferum, coagulum est biliosum, rotundum, satis compactum, ut plurimum nucis myristicæ vel juglandis magnitudine, leve, coloris rufi, substantia quodammodo unguinofæ, saporis subtilissimè amarescentis. Reperitur in vesicula biliaria hystricum terræ Malaicæ. Hoc coagulum bovino longè sui pretio ac virtutibus antecellere dicit, pro ut Bezoar Orientalis occidentali dicto vel aurum cupro præstat. Rariùs generari accedit, quod ipsum in primis, præter eximias & præsentissimas facultates, pretium ejus extollit, ut in ditiorum duntaxat & principum nigritarum manibus versetur, qui illud sphæris aureis argenteisve armari curant, adnexâ ex eodem metallo catenulâ, cuius adminiculotraictari valeat : utsus ejus est, ut suspendatur per horas aliquot, vel unâ alteraque vice agitur in haustu aquæ communis, quam, vix grani pondere imminutus, amarore imbuit : haustus, ita præparatus, habetur summè cordialis & alexipharmacus, tum in ictero, febris putridis, malignisque, & in quibuscumque viscerum obstructionibus medicamentum efficacissimum; addamus & mirabilissimum qui tot & tam oppositos effectus valet producere in primis si illi major, quam fides medica adhibeat.

PEGANUM, vide *Ruta*.

PELECANATIO CHYMICA, idem quod *Circulatio Chymica*.
Sf 5 PE.

PELADA, sic vocatur species capillorum defluvii, præsertim ex morbo gallico oriundi.

PELICANUS, est instrumentum Chirurgicum, dentibus evel lendis destinatum, forfex est rostro incurvato, dentibusque intus, melioris apprehensionis gratia, munito. Item Instrumentum est Chymicum circulatorium dictum à figura pelicani rostro pectus suum fodientis nuncupatum, amplio ventre sensim in angustius collum vergente, quod retortum & recurvum os rursum in ventrem immitit. Hoc vas in fundo canalem, per quem liquor infunditur, habet, qui, liquore infuso, hermetico sigillo occluditur, & calori admoveatur. B. *Een Pelicaan.* G. Ein Pelican. Gall. *Pellican.* A. Idem.

PELICANATIO, vide *Pelecanatio*.

PELIDNUS, est color faciei plumbeus & lividus, Melancholicis frequens, à *nigrō* niger, fuscus. B. *Lootverwige couleur*.

PELLICULA, idem quod *Membrana vel Tunica*.

PELLIS, cutis est brutorum, pilis aut lana necdum orbata, alias si præparationem subiisset corium appellaretur. B. *De huid / vel.* G. Die haut, fell. Gall. *La Peau.* A. The SPin, Hide.

PELTALIS CARTILAGO, idem quod *Ensiiformis Cartilago*.

PELVIS, est locus ille in ventre imo, quo vesica & uterus, continetur, & circumscribitur ossibus ilium, coxendicis, pubis, & osse sacro; in mulieribus haec ossa magis à se invicem distant, & tenuiora sunt quam in viris, præsertim ossa pubis, ut sic cavitatem pelvis, & angulum inter ossa pubis & Ischii, majorem efficiant, pro fœtus commodiori gestatione, faciliorique in partu exclusione. B. *Het bekken.* G. Das becken. Gall. *Le Baffin.* A. A Bafen.

PELVIS AURIUM, vide *Cochlea*.

PELVIS CEREBRI, vide *Choana*.

PELVIS RENUM, est receptaculum membranaceum in utroque rene, quod urinam ex duodecim papillis recipit, & in ureteres effundit. B. *Het nierbekken.* G. Das Nierenbecken. Gall. *Baffin des reins.* A. Basen of the Kidney.

PEMPHINGODES FEBRIS, est, quæ ob caloris intensionem pustulas & bullulas, producit: aliis placet febrem

brem esse ventosam & flatuosam, seu *Ampullosum*, ex πνεύμα flatus, bulla, pustula, & ἡδονή forma.

P E M P T A E O S, Quintana dicitur febris intermittens, quinto quoque die recrudescens. Sed an detur, in praxi mea neandum obseruare licuit, à μέμπτη quinta. B. **De vysdendaagse koorts.**

P E N I C I L L U S, est instrumentum Chirurgicum ex pilis aut linteo carpo accommodatum, eluendisque ulceribus aliisque medelis destinatum. Gr. κιρκίσιον. B. **Ein quastjen.** G. Ein pinsel. Gall. *Brosse*, Pinceau. A. A Pencil.

P E N I C I L L A, idem quod *Turundula*.

P E N I D I U M, est facchari clarificati, & depurati species, que in bacilos arte redigitur. B. **Penyn-suiker.** G. Peny-fucker. Gall. *Penide ou Espenide*.

P E N I S, *Muto*, *Bolis*, *Colis*, *Veretrum* Suetonio: *Fascinus Virilis* Arnobio, *Caulis Lucillo*, *Nervus Juvenali*, *Tentum Catullo*, *Verbus*, *Virile*: *Virile membrum* Cic. *Scapus Virgil. Membrum genitale*, *Cercopita Catull. & Sicula*, à Sica. *Mentula*, *Virga*, *Priapus*; *Hasta*, *canda fax*, *Sænæ*, Πένις, Αὐγυκέας Artemidoro, Σάκων Cratino, Ταῦρος Suid. Δίμην Plat. in comm. Εὐμέλεια, Βάλλαντος, Aristoph. Ερίστος, Οὐεὰ Eupolidi, Μόνης, Σιντος, Στηνεα, Τύλος, Κάπρος, Αἰδώς Hom. Καλὴ Aristoph. Φλέψ Γονίμη Epigr. quasi genitalis vena. Ποθωνία, Ψαλὴ, Κοάνη in oraculo quodam. Ποσθὴ Xenoph. Κειθὴ, Νεῦρον, Τριέμοδον. Υεδ, Κορκέτης, Αὐγεῖα Artem. Est membrum virile, quod constat ex duabus corporibus nervosis, urethra, glande, cute, preputio &c. B. **De mannelijkhe roede.** G. Das mænliche glied. Gall. *Verge, le Membre Viril.* A. A Mans yard.

P E N I S C E R E B R I, idem quod *Conarium* seu *Glandula Pinealis*.

P E N I S M U L I E B R I S, idem quod *Clitoris*.

P E N S I L I S V E R R U C A, vide in *Verruca*.

P E N T A C U L A, seu *PERIAPTA*, sunt signa, sigilla & delineamenta admirandis & incognitis aliquando literis & characteribus implicata, quæ collo appensa creduntur à malignis spiritibus. Et quovis fascino præservare. Idem quod *Periamma*.

P E N T A D A C T Y L O N, vide *Palma Christi*, ex πέντε quinque, & δάκτυλο digitus.

PEN-

PENTAMYRON, est unguentum ex quinque ingredientibus compositum: constat enim ex styrace, mastiche, opobalsamo, cera & unguento nardino, ex πέντε quinque, & μόγον unguentum.

PENTAPHARMACUM, non tantum est medicamentum ex quinque constant medicamentis, verum etiam ex quinque alimentis, ex πέντε quinque, & φαγαιοις Remedium.

PENTAPHYLLUM, est *Quinque Folium*, quia quinque folia habet, unico insistente petiolo, ex πέντε quinque, & φύλλων folium. B. *Wys-finger-kruid*. G. Fuenf-finger-kraut, fuenf-blad. Gall. *Quinte feuille*. A. Cink foyl, five finger graft, five leaved graft.

PENTAPLEURUM, est *Plantago minor*, *quinque nervia* dicta, eo quod ejus folia costis quinque tanquam nervis distincta sunt, ex πέντε quinque & πλευραι costae. Vide *Plantago*.

PENTATHETON, est emplastrum ad collisa, vibices flagellorum & cutim excoriatam destinatum, ex πέντε quinque, & τίθημι pono, quasi diceres ex quinque rebus compositum.

PEPANSIS, est vitiati, corruptique humoris in convenientiorem sanitatis statum deductio, à πεπάννῳ excoquo.

PEPASMUS, Vide *Coffio*.

PEPASTICUM, est medicamentum mitigans, & cruda concoquens, à πεπάννῳ excoquo. Gall. *Digestif*.

PEPLION, PEPLIS & PEPLUS, est Elulae species: sic nominatur, quod tamulorum ambitu, & quasi rotundo amictu velum efformet ac tellurem operiat: peplus enim sive peplum, sindon est, sive vestis prætenuis, propriè mulierum, vel nomen πεπλα acceptum, ob purpuream foliorum superficiem sive xerampelinam, quæ huic in vinitis nascenti, & peplidi in maritimis fabuletis degenti, ut plurimum inest. Interdum ob colorem flammeeum *Flammæolam* vocant. B. *Quivelg-melk*. G. Teufeltz-milch. Gall. *Reveille matin des Vignes*. A. Devils milk, Petty Spurge.

PEPO, est planta, quæ habet caules sarmentosos, crassos, repentes, in longum & latum se extendentes, cum capreolis vicinis plantis vel lignis adhærentes: folia sunt ampla, magna, incisa, dura, aspera, dentata, coloris viridis,

ridis, subfuscī, splendentia, caulis longis, duris, aut spinosis adhærentia : flores sunt monopetalī, campaniformes, lanuginosi, aliquantulūm odorantes : flori succedit fructus oblongus vel rotundus, carnosus, corticem durum, & quasi lignosum habens, trifariam divisus, fætus feminibus planis, oblongis, annulo quodam cinctis, quæ habent sub cortice amygdalam albam dulcem, & gratam : hæc planta in hortis colitur. Gr. πέπων, à πέπων coquo, vel à πεπωνιοῦ maturescere, est Melonum species, quæ mitis est & tenera, ac maturitate nacta, facilè flaccescit. B. Pompoen / pepoen. G. Plutze, pseben. Gall. Citronille, Pepon. A. Pompion Gourde.

PEPSIS, est coctio, sive actio ventriculi, Intestinorum, salivæ, liquoris gastrici, pancreatici, & bilis in cibos assumptos, quæ acquirere incipiunt naturam à sua priori diversam, & similem ac corporis in quo continentur, & attenuantur, subiguntur, miscentur, ut cum modo dictis liquoribus in bonum chylum redacti per lactea vaſa transire possint à πέπων coquo. Vide Coctio & Fermentatione.

PERACUTISSIMUS MORBUS, vide Acutus Morbus.
PERACUTUS, vide Acutus.

PERCIPIOLEM, est Medicamentum ad Morbum comprobatum. B. Een geprobeert middel. G. Ein probiert artzney. Gall. Remede éprouvé, experimenté.

PERCOLATIO, est, quando liquor turbidus per paumum lineum, chartam, paumum laneum &c. transmittitur, ut mundior reddatur. B. Een doozygung / doozy kleinsing. G. Das durchseigen. Gall. l'Action de faire couler une liqueur, pour la rendre plus claire. A. Straining.

PERDICUM, est planta, sic dicta, quod perdices se ad id volent, terramque suffodian. Vide Helxine.

PERETERION, est Modiolus vel Terebellum rectum & acutum, à περτέριον transfodio. B. Een boortuig. G. Ein trepan, boehrlein. Gall. Trepan. A. Borer.

PERFECTA CRISIS, vide Crises.

PERFOLIATA, est planta, quæ caulem habet tenuem, firmum, striatum, nodosum, ramosum, saporis aliquantulūm aromatici : folia simplicia, alternatim disposita, ovalia, vel ferè circularia, dilute virentia, sapore oleraceo sed færvidiore : flores in summitate ramorum nascuntur

tur parvi, in umbellas flavas dispositi, singula ex quinque foliis componitur, in orbem positi: radix ut minimi digiti crassa, simplex, lignosa, alba: semina longa, striata nigricantia. Dicitur, quia folia circa caulem sese ita comprehendunt, ac si essent mutuo coalita, ut vaccariæ, brasice &c. species quædam. B. *Deur-wach*, deur-blad. G. Durch-wachs, bruch-wurts. Gall. *Perce feuille*. A. Thorow-pape, Thorow-Teafel.

PERFORANS MUSCULUS, perforato musculo sub-sternitur *Perforans*, qui superiori cubiti, radiisque parti adnatus, tendine quadripartito priorem perforans, in tertium usque excurrit articulum. Unde hos duos musculos, ex pluribus suorum generum simplicibus constitutos esse censendum est. Vaginis includuntur, præter quæ ex carpi armilla erumpit, membranaceo cartilagineis, unumquodque circa internodium semicirculari obductis ligamentulo. Emitunt prætereà vagina hæ varias emissiones atque vincula, & digitos cum perforatore flectunt. Ita ut manus, sic & pes suum perforantem obtinuit. Supernæ tibiæ, ut & tibiæ ex parte ossis extremitati posteriùs alligatus in quatuor inferiùs disjectus tendines, tertii affiguntur digitorum ossicularum integumentis, perforat hic ut prior tendines musculi perforati. B. *De doorborende spier*. G. Der durchbohrende maufz. Gall. *Muscle Perforant communement le Profond*. A. The perforating Muscle.

PERFORATA, est Hyperici species, cujus folia plurimis punctis videntur pertusa. Gall. *Mille-pertuis*.

PERFORATUS MUSCULUS, prior Musculorum digitis adhærens, *Perforatus* dicitur, interno humeri ossis tuberculo alligatus; circa carpum tendines dispergit robustos quatuor, qui propè finem rimâ quâdam perforanti musculo transitus præbente finditur, tandemque digitorum internodio secundo affiguntur, & cum perforante digitos flectit. In pede in planta situs est, superiùs calcis ossi adnatus; quatuor adhæret articulationibus secundis. Sic & *Coracoideus* etiam *Perforatus* dicitur. B. *De doorgeboorde spier*. G. Der durchgeborhte maufz. Gall. *Muscle Perforé communement le sublime*. A. The perforated muscle.

PERIAMMA, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenechton*, medicamentum est quod de collo suspensum morbum arcere cre-

creditur, ac præcipue pestem, ex $\pi\epsilon\pi\tau\alpha$ circumverto. B.
En halsdracht. G. Das man anhencke an halsz oder
arm. Gall. Un Amulet. A. An amulet.

PERIANTHIMUM, sive Calix, id est, circumvolutum
flori integumentum, quod partim pro basi & fulcimento,
partim pro tegmine erupturis deinceps petalis & stamini-
bus inservit, pro quorum vario exortu variæ magnitudi-
nis & figuræ deprehenditur, estque vel $\mathcal{M}\omega\phi\pi\lambda\lambda\sigma$, ut in
Quinquefolio, Fragaria, Caryophyllata, Filipendula, &
similibus; vel $\Delta\pi\phi\lambda\lambda\sigma$, ut in Papavere, vel $\mathcal{T}\xi\phi\pi\lambda\lambda\sigma$, ut
in Chelidonio minore, vel $\mathcal{T}\epsilon\pi\phi\pi\lambda\lambda\sigma$, ut in Bursa Pa-
storis non raro observatur, vel $\pi\epsilon\pi\tau\alpha\phi\pi\lambda\lambda\sigma$ & $\mathcal{E}\zeta\phi\pi\lambda\lambda\sigma$,
ut in Ranunculo: imò quandoque in sedecim & ultra sol-
vitur folia, quæ iterum in summitatibus vel levioribus vel
profundioribus gaudent segmentis, & copiosis interdùm
pilis, fungis & spinis operiuntur, ut in Rubis, Rosis, &
similibus appetet, angulare enim calicis foliolum tenui ca-
pillatio obductum laterales profert appendices, quarum
extremitates rubicundis fungis liquidum quoddam fun-
dentibus terminantur.

PERIAPTUM, vide Periamma.

PERICARDIUM, Involucrum, Capsula, Bursa, Scro-
tum seu Sacculus Membranaceus Cordis, est involucrum
membranaceum, quo totum cor investitur, & in quo li-
berè hæret, quod ex glandulis vel ipsi, vel cordis basi in-
sidentibus accipit perpetuò humidum aliquod tenuissi-
mum, pingue, exhalans sponte, quodque perpetuò ite-
rum aborbetur, & inservit humectando & flexiles tenen-
do fibras Cordis, duplice constat membrana, quarum ex-
terior communis cum mediastino, interior propria, lubri-
ca est, cum tunicis majorum vasorum continua. Ex $\pi\epsilon\pi\tau\alpha$
circum, & $\pi\alpha\pi\alpha$ cor. B. Herte zakje / herre heursje.
G. Hertz-bændel, hertz-hauslein, vel taschlein. Gall. Pe-
ricarde, l'Envelope du Cœur. A. The purse of the Heart.

PERICARPIUM, illud est, quod semen vel fructum
ambit, in quibusdam edule est, ut in pomis, pyris, in
aliis non, ut in nucibus, castaneis, &c. dicitur & *Follicu-*
lus, & Siliqua. B. Pele / peule. G. Die huelsen, darin-
nen der samen fleckt. Gall. La Gouse ou l'Enveloppe. A.
The Huske of seed.

PERICHOLUS, est præter modum biliosus, ex $\pi\epsilon\pi\tau\alpha$
valde, & $\chi\omega\lambda\lambda$ bilis.

PERICLYMENUM, est *Caprifolium*, cuius nomine & alii frutices scandentes, & circumvolventes vocantur, à περικλύματι circumvolvo : nam circumvolvendo ad se vicinas arbores aut frutices vocatur. Vide *Caprifolium*.

PERICRANIUM, est membrana, periosteum crani su-
per inducta, ab aliis ipsum periostium crani dicitur peri-
cranium, ex περι circum, & κράνος caput. B. Het pan-
vlied. G. Das hirnhäutlein. Gall. Pericrane. A. The car-
nous membrane of the skull of the head ; or the hairy
scalp.

PERINÆUM, seu INTERFEMINEUM, est sutura
illa ligamentosa inter anum & Scrotum, quam *Aristophanes* Κοκάνη videtur dixisse, & περιγένετον. *Archippus* περιγέ-
νετον locum sub pudendo, inter femora & nates medium,
uti cum *Polluce* sentit *Aristoph.* *Scholia*. B. De bil-naad/
naad-sleuf. G. Der ars-nath. Gall. Perinée, Rhapné, Pe-
riné. A. The Buttocksuture.

PERINYCTIDES, sunt papulae, pustulae & tuber-
cula papulis similia.

PERIODUS MORBORUM, est tempus in morbis in-
termittentibus ex intensione & intermissione constans, ex
περι circum, & οὐσια iter facio.

PERIODUS SANGUINIS, seu CIRCULATIO, &
CYCLOPHORIA, est continua sanguinis per totum cor-
pus circumgyratio. Hæc est duplex, vel est in *Adulso*,
vel in *Fatu* : in *Adulso*, sanguis omnis in venam vacan-
tiam influat in sinum venosum ante dextram auriculam,
indè impellitur in auriculam dextram cordis, hinc in cor-
dis ventriculum dextrum, ex quo vi magnâ impellitur in
arteriam pulmonalem, cum qua minima omnia loca pul-
monis perfundit, & intrat venas pulmonales quæ ante au-
riculam sinistram in unum faccum quoque desinunt, ex
hoc faccio pellitur in auriculam sinistram, indè in ventri-
culum cordis sinistrum, ex hoc iterum in arteriam mag-
nam, quæ cum dispersatur ad omnia corporis viscera &
loca, nullo excepto, sanguinem quoque ad omnes partes
circumvehit; definit autem vel immediate quævis arteria
in venam, vel mediante cellulâ (ut in pene *Virili* &c.)
Hinc sanguis ex Arteriolarum finibus infunditur initio
Venarum, quæ omnes confluunt in venam cavam supe-
tiorem, inferiorem, & azygon, quæ conjunguntur in si-
num

num venosum ante auriculam dextram, soletque hoc circuitu sanguis continuo ferri: verum in *Fætu* magna intercedit differentia ob placentæ Uterinæ vasa, canalem venosum in Hepate, canalem arteriosum ex Arteria pulmonali in Aortam hiantem, & foramen ovale, quæ cuncta percolantur in fætu; & in adulto concreverunt; hanc circulationis differentiam vide in Anatomicis, ex *περιφέρεια* circum & *άστρων* iter facio. B. *Die omloop des bloeds.* G. Umgang des bluts. Gall. *Circulation du Sang.* A. Circulation of the blood.

PERIOSTEUM, est membrana tenuis, ossa, paucis exceptis, immediatè investiens, ex *περιφέρεια* circum, & *άστρων* os. B. *Haut been-vlees.* G. Das häutlein der beine. Gall. *Periooste, Membrane des Os.* A. A Nervous membrane covering the bones.

PERIPHERIA, est corporis vel alicujus visceris ambitus aut circumferentia, à *περιφέρεια* circumfero. B. *Ωγόνιον*. G. Der umfang. Gall. *Circonference.* A. The roundnes of any body.

PERIPOCA, sive APOCYMUM, est planta, quæ habet caules longos, lignosos, flexiles, nodosos, rubicundos, repentes, scandentes, & arbores vicinas amplectentes: folia sibi invicem opposita, ampla, oblonga, venosa, acuta: flores sunt rotati, monopetalii, quinquifidi, villosi, tamen sine lanugine: radix est fibrosa, repens: reliqua ut in Apocyno scandente: hæc planta succum lateum in magna copia dat, & crescit in sylvis: est Convolvuli species sic vocatur quia circumvolvit & implicat cæteras herbas, à *περιφέρεια* circum, & *πλάκων* plico, necno, texo. A. Dogs-bane.

PERIPHIMOSIS, vide *Phimosis.*

PERIPNEUMONIA, est vasorum arteriosorum pulmonium, tum arteriæ pulmonalis, tum bronchialis inflammatio, cum febri acuta, respirandi difficultate, tussi, & dolore gravativo, rubore omnium partium faciei, pulsi exili, molli & omni modo inæquali, & maxima anxietate conjuncta: distinguitur ab autoribus in *Veram* & *Notham.* Vera oritur ex sanguine phlogistico, Notha ex sanguine pituitoso: ex *περιφέρεια* circum, & *πνεύμων* pulmo, à *πνεύμων* spiro. B. *Een ontsteking der longe / longe-zucht.* G. Lungensucht, entzündung der lungen. Gall. *Inflammatio pulmonum.*

mation des Poumons, Peripneumonie. A. An inflammation vel disease in the Lightes or lungs.

PERISCYPHISUS & PERISCYPHISMUS, est sectionis chirurgice genus in sincipite ad calvariam usque, una tribusve lineis.

PERISTALTICUS MOTUS, est vermicularis intestinorum motus, incipiens à pyloro & definens circa crassiora Intestina, contrahens Intestina perpetuo quasi vermes repentes essent, quo motu mediantibus spiritibus animalibus, excrements alvina sensim egeruntur & chylus osculis lacteorum impellitur, à περιστάλλω contraho, aucto. B. Nederwaarts drukkende beweginge / ingewands beweginge. Gall. Mouvement peristaltique.

PERISTERON, vocatur Verbena : Lat. *Columbina*, & *Columbaris*, quia columba hujus plantæ præsentia validè delectantur : περιστέρα enim est columba, dicitur etiam ἵρα βοτάνη, sive *Sacra Herba*, quod ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia lustrabatur, Jovis mensam ad sacrificium & epulas verrebant, & feciales in sacris legationibus illa coronabantur ; vel quod in expiacionibus suspensa & alligata mirè utilis sit. *Sagminalis* etiam vocatur, quod inter fagnina, hoc est, gramina ex loco facro, præsertim arce Capitolii, cum sua terra evulsa, primum hæc honorem haberet. Vide *Verbena*.

PERISTROMATA, sunt stragula, quibus ægri solent infirmi. Item, tunicae visceribus circumjectæ, ex περιστάλλω circumsterno.

PERISTOLE, est tempus quietis inter Systolen & Diastolen cordis. B. Die stillstand.

PERITONÆUM, est membrana tenuis, polita, & lubrica; musculis abdominis transversalibus proxima adhaerens, qua totum abdomen interius, ejusque viscera exteriorius circumvestit, constat ex tunica velut duplice, innumerisque vasis sanguineis, Lymphaticis, & absorbentibus scatet. Arab. *Siphac*, à περιτόναιο circumtendo. B. Die Haut. G. Die haut, so um alle eingeweide gezogen ist. Gall. *Le Peritone*. A. The paunchsleec.

PERITOMA, est excrementum, post humorum contionem in corpore, relictum. Item reliquæ morborum à περιτόναιο redundo.

PERIZOMA, est cinguli species herniosis præsertim utilis. Vide *Amma*. P. E.

PERLA, vide *Margarita*.

PERNIO, Gr. Χιμελλος, & Μάλη, *Theoni* est tumor rubens, pruriens, dolens, præternaturalis à frigore brumali, præcipue in pedibus & manibus excitatus, qui tandem in scissuras & ulcerationes terminatur. B. *Itak-hjelen / winter-hjelen / schypt-hjelen*. G. Die frost-beulen, das beristen und auffbrechen der erfrorenen fersen. Gall. *Mules aux talons*. A. A kibe or chiblain.

PERONA, sive **FIBULA**, sic dicta, quod tibiæ musculos conjungere videtur; etiam *Sura*, *Canna Minor*, *Focile Minus* &c. est os minus & tenuius tibiæ extrinsecus attensum, ut Radius cubito, unde *Peroneus* tibiae primus & secundus musculus sic appellatur. Vide *Fibula*. B. *Hec huit-bein*. G. Das waden-bein, die rehre im untern schenkel. Gall. *Le Peroné*. A. A The ex small bone of the leg.

PERONÆUS, vide *Perona*.

PERPERACUTUS, vide *Acutus*.

PERSEA, est arbor, forte à regione Persia, quia ibi, ut malus persica in Perside, exitiofa esset, sed ambæ in Ægyptum translateæ, mutari & in cibum recipi dicuntur.

PERSICA MALUS, est arbor, cuius rami sunt longi extensi, fragiles: folia oblonga, angusta, acuta, in margine dentata, saporis amari: calix monophyllus in quinque vel sex segmenta profundè sectus, expansus, cavus, intra hunc flos rosaceus, pentapetalus, vel hexapetalus, petalis ex margine calicis cavi interna enatis, & staminibus triginta fæcundus: ovarium in imo fundo calicis, instruictum tubâ longâ apice globoso, scabro, prædicta, fit fructus carnosus, ferè globosus, juxta longitudinem sulcatus, fætus officulo profundis scrobiculis exsculptis ornato, in quo nucleus rubicundus, oblongus, plerumque unus, ejus caro est medullosa, vinoſa, succulenta, saporis grati, nucleus est compressus, saporis aliquantulum amari sed grati; hæc arbor colitur in hortis, hujus fructus in Persia dicuntur pernicioſi, sed in Ægyptum translata, vitiosam vim deponere creditur. Hinc sic forte appellata, quod ex Perside primum advecta sit. B. *Persik-boomi*. G. Pfersich-baum. Gall. *Pecher*. A. Peach-tree.

PERSICARIA, est planta, qua habet caules rotundos, excavatos, rubicundos, ramosos, nodosos: folia Persicam referentia, aliquando maculata, aliquando non:

flores spicati ex alis foliorum supremorum nascuntur, longis pedunculis adhaerentes, quinque staminibus donati, coloris purpurei, aliquando albi; calix quadrifidus: ovarium in centro calicis compressum, ovatum vel orbiculare, tuba bifida, fimbriata praeditum: semen planum ex ovato acuminatum, nigricans; radix fibrosa; crescit haec planta in locis aquosis, & habet saporem ad acidum vergentem: sic dici videtur, quod ejus folia persice mali videantur aemula. B. Persik-kruid / vloo-kruid. G. Muecken-kraut, fleeh-kraut, wassler-pfesser. Gall. Persicaire. A. Fleabane, ars mart, peach-wort.

PERSICUS IGNIS, denotat morbum causticum & igneas indolis, estque vel *Anthrax* ipsa vel ei similis. Vide *Anthrax* seu *Carbunculus*, sumitur quoque pro *Gangrena*.

PERSOLATA, est *Bardana*, dicta ob foliorum magnitudinem, quibus si persona faciem tegat, eam a solis calore defendat, idem quod *Personata*.

PERSONATA, & PERSONATIA, Gr. περσόπτια, περσόπτις, A. *Personat*, est *Lappa* seu *Bardana*, appellata, quod ob foliorum magnitudinem, personae faciem tegat, atque a solis calore defendat. *Personatia* hac quondam ad periodicas utebantur, quoties in theatris aliisque locis qui cognosci a populo nollent, egisse quippiam volebant. Vide *Lappa*.

PERSPIRATIO, idem quod *Diaphoresis*.

PERSULTATIO, idem quod *Diapedesis*.

PERVIGILIUM, idem quod *Agrypnia*.

PERVINCA, vide *Clematis Daphnoides*.

PES, Gr. πόδη, sumitur late pro femore, tibia, & pede ipso. Vel stricte pro pede, qui dividitur in tarsum, metatarsum & quinque digitos. B. Ganzen-voet / verkens-dood. G. Gänsefuß, schweins-todt, feutodt. Gall. Pied ou Patte d'oye, mort aux porceaux. A. Goose foote.

PES ANSERINUS, est species *Atriplicis*: sic dictus quod ejus folia pedem anserinum referant. Gr. *Chenopus*, vide suo loco. B. Ganzen-voet / verkens-dood. G. Gänsefuß, schweins-todt, feutodt. Gall. Pied ou Patte d'oye, mort aux porceaux. A. Goose foote.

PES COLUMBINUS, est *Geranii* species, ob similitudinem cum pede columbino dictus. B. Guiwen-voet. G. Tauben-fuß, scarter-kraut. Gall. Pied de pigeon. A. pigeonvel dove foot.

PES

PES CORNICIS, vide *Coronopus*.

PES LEONIS, vide *Alchimilla*.

PES LEPORIS, idem quod *Lagopus*.

PESSARIUM, est medicamentum oblongum, quod aduersus varios uteri affectus, in crassioris, longiorisque digitii figuram efformatum, in cervicem ejus immittitur. B. *Steck-pillen / moeder-pillen*. G. *Mutter zäpflein*. Gall. *Pessarie*. A. Idem.

PESSULUS, idem quod *Pessarium*.

PESSUS, idem quod *Pessarium*.

PESTIS, est morbus epidemius, contagiosus ex miasmate venenato aëris nimis aculeato, & evecto, primum suscepito, deinde per contagium propagato, ortum dicens, qui occulte & latenter homines plurimos simul subitissimo aggressus, febres validissimas, spirituum extinctions, cruoris solutiones vel coagulationes, ipsius & partium solidarum fideationes & *Nigrores*, infert, cum apparentia exanthematum, Bubonum aut Anthracum, nec non horrendo aliorum symptomatum apparatu, ægros in vitæ periculum adducit. Gr. *Λοιδη*. B. *Die pest / be-smittliche ziekte*. G. *Pestilentz*. Gall. *Peste, Contagion*.

A. The pest or plague.

PETALE, idem quod *Pbthiriasis*.

PETALUM, Gr. *πέταλον*, propriè bracteam vel lamian denotat. A Nicandro jam olim translatum est ad foliola florum. Hodie frequentissimo in usu est hic terminus technicus in arte botanica, crebroque audiuntur flores monopetali, dipetali, tripetali, tetrapetali, pentapetali, hexapetali, polypetali : de quo confulendi sunt botanica artis magistri. G. Die blumenblätter.

PETALOIDES, est urina foliacea aut squammea, ex *πέταλον* folium, squamma, lamina, & *εἴδος* forma. B. Schubachtige pis.

PETASITES, est planta, quæ habet caules plures, crassos, excavatos, lanuginosos : folia initio angusta, acuta : ubi caulis est deciduus, oriuntur folia ampla, fere circularia, aliquantulum in margine incisa, superius virido fusca, inferius lanuginosa & albescens, pedunculis longis adhaerentia, crassis, rotundis, carnosis : radix oblonga, digitum crassa, ramosa, resinosa, foris fusca, albicans, saporis acris, aromatici, amaricantis, odoris fra-

grantis : nomen accepit à foliorum magnitudine , pileum
ieu petasum referentium. B. **Dokke-bladen / pestilen-**
tic-wortel. G. Pestilentz-wurtz , negen-krafft. Gall. **Ch-**
peronnier , Herbe aux teigneux , Glouteron , Petaſite. A.
Butterbur, lagwort.

PETECHIÆ, sive **PETECHIALIS**, italica vox est,
Pulicaris dicta , est febris quā cutis maculis , pulicum
morsui simillibus, variegatur, derivatur à voce italica *Pete-*
techio , significans variolas purpureas. B. **Peper-hoozn /**
bluts hoozn. G. Fleck fieber , blut flecken. Gall. *Fievre*
Petechiale. A. Petechial feaver.

PETIA, est lintementum ex quo sacculi formantur in
usum medicum. B. **Een zakkjen.** G. Ein fäcklein. Gall.
Sachet. A. Sachell.

PETIGO, idem quod *Lichen*.

PETROLEUM, seu **OLEUM PETRÆ**, est liqua-
men, sive axungia Macrocosini, pingue, liquidum ex bi-
tumine fuso expressum, tenuissimum, levissimum, graveo-
lens, inflammabile penitus, aquæ fontane sæpè innatans,
oleo stillatio simillimum , è Petris & saxis effluens. In
Italiae regione Mutinensi stillat candidum & ruffum. In
Sicilia fontibus innatat. Apud Mejanum pagum in tractu
Parmensi Album est. Babylonicum autem in suo fonte fla-
grare dicitur, secus Italicum. B. **Steen-oyl / peter-oyl.**
G. Stein-øhl. Gall. *Petrole , ou huile de Petrole.* A. Sto-
ne oyl.

PETROSELINUM, est Apii species : sic appellatur,
quòd in petrosis rupibus, faxifve, locisque præruptis na-
catur : vel quod calculi frangendi vim habet : vel quod
Oreoselinum (id est felinum montanum) à linguae græ-
cae imperitis, in Petroselinum mutatum sit. B. **Peterfelic.**
G. Peterlein , peterfilg , garten eppich. Gall. *Perſil.* A.
Parfly.

PETROSUM OS, est interna ossis temporum facies,
sic ob lapidis petrosam duritatem appellatum , canales tres
semicirculares & cochleam continens ex ~~ar~~^{ad} lapis , &
~~ad~~^{ad} forma. B. **Het steen-been.** G. Das steinharte-bein.
Gall. *Os petreux.* A. The stony bone.

PETUM, est Tabacum , dicitur Americanis *Petune* ,
hinc quia est vox barbarica, ejus etymologiam describere
nescimus , vide *Tabacum & Nicotiana*.

PEU

PEUCE, est *Pinus*, *Larix*, an à πινός amarus, an quia τιχα aut à πίκα pix?

PEUCEDANUM seu PEUCEDANUS, est planta, quæ habet caulem excavatum, ramosum; folia fæniculi foliis majora, lacinata, trilobata: semina sunt ovata, ampla, marginata, oblonga, involucrum deponentia: radix est crassa, longa, externè nigrescens, internè albescens, saporis pinguis, acriusculi, ut fæniculi radix, odoris sulphurei, est Fæniculus porcinus; nomen accepit à pinu, quæ Gr. πίνον dicitur, cui odore, ut & sapore quodammodo par est. Hinc posteriores Lat. *Pinastellum* eum vocarunt. B. *Solter-wortel / verkens-wortel*. G. Haarstrang, sau-fenchel, schwobel-wurtz, himmel. Gall. *Queue de Pouceau, Peucedane, Fenouil de Povr.* A. Hogs fennel, Sulphur wort, horse-strange, horse-strong, sow-fennel.

PEZA: significat imam plantam vel pedis malleolum.

PHACE, Gr. φάκη & φάνης, est *Lenticula*, quasi η τὰ φάνη κακέσσι, ὁν φανάκη, vel φάνακος, quòd oculos laedat & hebet. Vel dicitur, quòd semen ejus formam & ideam maculæ facie, sive oculi referat. B. *Linsse*. G. Linze. Gall. *Lentille*. A. Lentil.

PHACIA, idem quod *Lenticula*.

PHACOS, est macula faciei lentem referens; undè *Lenticula* & *Lentigo* appellatur. B. *Cen syroete*. G. Schweiszflecke, sommer-flecken. Gall. *Lentilles ou taches de rouisseur, qui viennent au visage & aux mains de la figure d'une lentille*. A. Freckle.

PHACOTOS, est scalpri Chirurgici genus, lentem referens, à φακὴ lens.

PHÆNOMENA, sunt omnia quæ secundum & præter sanitatem in corpore nostro apparent, à φαῖνει appareo. B. *Derschynselen*. G. Erscheinungen, zeichen. Gall. *Phænomenes, Apparitions, Accidens*. A. Anapeel. anc. or sign.

PHAGEDÆNA, est cancer exulceratus, à φάγειodo & δάκνω rodo. B. *De wolf*. G. Der wolff. Gall. *Cancer, Loup*. A. Wolfe. Item enormis edacitas, ut in *Bulimia*.

PHAGEDÆNICA, sunt medicamenta carnem superfluam ulcerum, eorumque latera callosa exedentia; à φάγειodo, & δάκνω rodo. Item ulcera tumida, profunda, subjectas carnes erodentia, labia callosa habentia, & saturatione resistentia sic vocantur.

PHALACROSIS, est calvities sive capillorum decidentia & prosluvium, ex $\alpha\pi\epsilon\sigma$ summas & $\phi\alpha\lambda\sigma$ albus. **Buitallen des hairs.** G. Das ausfallen des haars. Gall. **Pelade.** A. The falling of ones Haire.

PHALANGIUM & PHALANGITES, est planta florifera, cuius flos est nudus, hexapetalus, amplectens ovarium subrotundum, fructum seminibus angulosis: folia sunt longa, angusta, caulis ex imo foliorum erumpens, rotundus, sic vocatur, quia creditur morsus Phalangii animalis posse sanare.

PHALANGOSIS, est palpebrarum vitium, quando duplcem aciem pilorum repräsentant, vel quando interius crescent, ita ut oculos pungant & lachrymas excitent, à $\phi\alpha\lambda\alpha\gamma\epsilon$ acies. Item est vitium palpebræ superioris, quod nimium si relaxatum, oculique aperturam & visum impedit, nisi aeger palpebram manu elevet. Gall. *Especie de Trichiasie.*

PHALANX, est ossium digitorum series, velut in aciem structa. B. *Ein oder.* G. Eine ordnung. Gall. *Phalange, Ordre, Disposition.* A. An Order.

PHALARIS, sive Canarina, est planta, quæ habet caulem nodosum; folia tritici, sed minora; spica est crassa, confecta ex glumis, semina oblonga, alba, splendentia condentibus, squammatim congettis; glumæ binæ, cavæ, carinatæ, semen medium utriculo involutum tenuentes, faciunt squammulas apparentes: haec planta crescit in Hispania & regionibus calidis. Nomen habet $\alpha\pi\epsilon\tau\bar{\nu}$ φαλαρίς, quod semen splendidum, candidumque reddit. B. *Kanari-zaad.* G. Kanarien-kraut. Gall. *Semence de Canarie.* A. Grasse-corne, Petie-panick, Canary-feed.

PHANTASIA, est sensus internus seu *Imaginatio*, quæ aliquid menti repräsentatur & imprimitur, ut suo tempore cum ejus expressione proferatur. Videtur quod imaginatio sit spirituum animalium quedam undulatio, interius in cerebri meditullio, & deinde versus ambitum ejus undequaque expansa, à $\phi\alpha\pi\alpha$ repræfento. Gr. *Φαντασία.* Lat. *Imaginatio.* B. *Ausbildung.* G. Einbildung. Gall. *Phantaisie, Imagination.* A. Imagination.

PHANTASMA, idem quod *Phantasia*.

PHARMACEUTICA, idem quod *Pharmacia*, vel sunt ea, quæ ab arte Pharmaceutica dependent.

PHARMACIA, est ars simplicia medicamenta colligendi, depurandi, solvendi, componendi, aliis miscendi pro scopo medici in usum ægrorum : est hæc una ex tribus medicinæ partibus, cuius auxilio Instrumenta, quibus morbi profliguntur, suppeditantur : aliae enim duæ partes audiunt Chirurgiam & Diæteticam, à φαρμακίᾳ medicamentis purgo. B. Konst der Apotheken / artzenp-bereiding / kruid-meng-konst. G. Der Artzneykunst, der Apotheker-kunst. Gall. La Pharmacie. A. Preparing of Medicaments.

PHARMACOPÆA, est doctrina sive descriptio rerum medicamentalium quoad notas distinctionis, colligendi & depurandi modum, earumque vires & dosin exhibens, in usum medicorum & pharmacopæorum : seu est doctrina medicamentorum, adeoque & Pharmacologia eodem sensu dicitur. Vide Dispensatorium, à φαρμακον Medicamentum, & πωλεια facio. B. Artzenp-konst / kruid-meng-konst. G. Apotheker tax. Gall. Pharmacopée, Apotcarie, boutique d'Apoticaire. A. An Apothecaries Shop.

PHARMACOPÆUS, sive SEPLASIARUS, est vir pharmaciae peritus, qui novit medicamenta colligere, eligere & componere : estque Medici manus sinistra, quamvis arte & scientiâ Chirurgus anteponendus ipsi.

Læva manus Medici Doctoris, Pharmacopœus :
Dextraque Chirurgus jure vocandus erit.

Ex φαρμακον medicamentum, & κυπτῳ tundo, vel πωλεια facio. B. Een Apotheker / artzenp-bereider / Kruidmenger. G. Ein Apotheker, ein neun und neunziger. Gall. Apothicaire. A. A seller or preparer of medicin.

PHARMACOCHYMYIA, est illa chymia quæ tantum præparationes medicamentorum tradit, quæ sanitati humanae interviunt, ideoque hac in parte à Metallurgia, arte Spagyricâ & Chrysopojeticâ, facilè distinguitur. B. Een Chymische artzenp / scheikonstige kruid-menger. G. Chymische artzney. Gall. Medecine Chymique. A. Chymical Medicine.

PHARMACOPOLA, est is, qui medicamenta divedit, ex φαρμακον Medicamentum, & πωλεια vendo. B. Apotheker / kruid-bereider. G. Apotheker. Gall. Apothicai-re. A. A Seller vel preparer of Medicin.

PHARMACUM, REMEDIUM, seu MEDICAMENTUM, est quicquid manente vitâ morbos in corpore humano impugnat & profligit, estque vel *actuale* vel *potentiale*: *simplex* vel *compositum*: *dogmaticum* vel *empiricum*: *externum* vel *internum*: *naturale* vel *artificiale*, à *φαρμακείῳ* medicamenta conficio, vel à *φιλέν* ferre, & *υπό* medela. B. *En medicament / genees-middel / Kruid-mengsel.* G. Eine artzney. Gall. *Medecine, Remede.* A. A Medicine, Remedy.

PHARYNGETRUM, nunc pro pharynge nunc pro osse hyoidis sumitur.

PHARYNGOTOMIA, idem quod *Laryngotomia*.

PHARYNX, est superior pars *OEsophagi*, movetur & constat ex tribus muscularorum paribus, *Cephalopharyngio*, *Sphenopharyngio*, & *Stylopharyngio*, quibus accedit *Sphincter*, qui & *OEsophagæus* vocatur, à *φάγω* comedo, deglutio. Latinis & *Fauces* & *Frumen* Donato. Gr. *φαγεύσθαι*, Α' *φάγειν*, Βεγκή. B. *Het keel-gat.* G. Der rachen, schlund. Gall. *Le Pharynx.* A. The Upper part of the Gullet.

PHASEOLUS & PHASELUS, est planta, quæ habet folia terna, Hederam terrestrem referentia, sed molliora, venosa: flores sunt leguminosi, papilionacei, albi: flori succedit siliqua longa, in acumen desinens, in initio viridis, post maturitatem albescens, in duas partes dehiscens: fæta seminibus reniformibus, quæ semina Phaseoli dicuntur, plerūque albi, tamen aliquando inveniuntur nigri, rubicundi, & vario colore instructi; prima sunt ex Thracia delata, hinc Fabæ Turcicæ vocantur. Gr. Δολιχος, utrumque nomen ab effigie & longitudine siliquarum, aut fructus accepit, qui lintrem, Lembumque seu Naviculam exprimunt. B. *Turke of roomse-boon.* G. Welsche bohnen. Gall. *Haricots.* A. Kidney Beans.

PHEGOPYRUM, idem quod *Fagopyrum*.

PHELLANDRIUM, est aquatica planta cicutæ ferè emula, odore Sii, habetque caulem crassissimum, striatum, excavatum, nodosum, in multos ramos divisum, qui rami se in alas extendunt: folia ampla, in margine incisa, saporis grati, aliquantulum acris: flores in summitate caulium crescunt; semina sibi invicem juncta, Aniso crassiora, obrotunda, ferè ovalia, compressa, odorata,

ta, nigricantia, reliquum simile est cicutæ; crescit in locis aquaticis, fortè à φελλεω̄ fluoto suberis more & ἀνδρίους virile robur assumo, in aquis enim non tardè fluentibus intrepidè quasi & viriliter se erigit. A. Water Hemlock.

PHELLODRYS, suberis est arbor, à φέλλῳ suber, & δένεις quercus, quævis arbor.

PHELLOS, vide *Suber*.

PHEUTEUMA, an à φυτεύω dicatur, dubium non puto. φυτεύω non tantum plantare significat, sed etiam producere, generare, ac parere.

PHIALA, dicitur vas vitreum ex ventre ampio in modum sphæræ rotundæ, gracilem canalem in proceritatem emittens; ejus usus frequens Chymicis in coagulationibus & solutionibus. B. Ein phiool-glaſ. G. Ein viole,phiole Gall. Une Phiole. A. A Vial, phial.

PHILADELPHUS, est Aparine, sic dicitur quod ob asperitatem vicinis herbis tanquam fratribus adhæret, ex φιλῳς amator, & ἀδιλφῳ frater. Vide *Aparine*.

PHILANTHROPOS, est Aparine: sic dictus quod prætereuntium vestibus adhæret, ex φιλῳς amans, & ἀνθρωπῳ homo. Vide *Aparine*.

PHILIATHROS, est is qui Medicam artem amat & in ea studet, ex φιλῳς amator, & μαθητὴς Medicus. B. Ein ließhebber der artzenp.

PHILIPENDULA, est idem quod *Filipendula*.

PHILLYREA, & **PHILLYRA**, est Tilia, habetque folia oblonga, conjugata, semper virentia: flos est monopetalus, campaniformis, quadripartitus; calice quadrifido contentus: ovarium in fundo calicis sit fructus femine rotondo. Dictam volunt, quod in tenues assulas, five Phillyras dispergatur, alii derivant à φλοϊς cortex, propter corticis utilitatem, vel dicitur à Phillyra Saturni filio. *Phillyrea* propriè arbor est alterius generis. Gall. *Filaria*.

PHILOCHYMICUS, dicitur is qui Chymiam amat, ex φιλῳς amator, & κομικῳ artis Chymicæ peritus. B. Ein ließhebber der chymie.

PHILONIUM, est Medicamentum Electuarii confitentia, & quia recipit Opium, Opiatis annumeratur. Ita ab inventore *Philone* vocatur: sed hujus Medicaminis variæ occurunt Descriptiones.

PHILOSOPHICA CALCINATIO, vide *Calcinatio Philosophica*.
PHIL-

PHILTRUM, est concavitas labro superiori impressa & dividens, sic quasi amabile dicitur. Sumitur quoque pro medicamento amorem conciliante, *Amatorium virus* Plin. *Amatorium poculum* Cic. est, quale *Deliniamentum* vocat Afrianius. Gr. Φιλτρον, Ιαυζ. B. **Minne-dzankt / bolgt mp na.** G. Ein liebtrunck, das nach lauffen. Gall. *Philtre*. A. A Love Drink.

PHIMOSIS, est quando præputio arctè adeò obtegitur glans, ut denudari nequeat, à φιμος obturamentum.

PHLEBORRHAGIA, est venarum ruptio, à φλεψ vena, & ρυγμω rumpo. B. **Een ader verst.** G. Ader bruch. Gall. *Rupture de Veine*. A. The Breaking of a Vein.

PHLEBOTOMIA, est venarum secatio per lancetam. Vide *Venæ secatio*, ex φλεψ vena, & τιμω seco. B. **Bloed-lating / aderlating.** G. Das aderlassen, cessnung der aden. Gall. *Saignée*. A. Cutting of a Veine or bleeding.

PHLEBOTOMUS, est is, qui venas fecat: item instrumentum quo venæ secantur, ex φλεψ vena, & τιμω seco. B. **Blödm / lancet / laat-pzer / laat-mcg.** G. Ein lancet, fliete, laszeisen. Gall. *Lancette*. A. Idem.

PHLEGMA sive **PITUITA**, est materia subalbida, limpida, tenax, fero sanguinis crassior, ex sanguine crudo viscidoque, vel stagnatione diurna lymphæ tenuioris in cavis suis collectæ, & tenuissimis particulis spoliatae, oriunda; & imprimis in cavis narium, ventriculi, Intestinorum &c. hærens. B. **Slüm / snot / fluimien.** G. Ro:z, schleim. Gall. *Phlegme*, *Pituite*. A. Fleame, Snevill. Phlegma item est destillatus aquosus, spirituoso liquoris contra distinctus liquor: item nubecula quæ in aqua destillatis aliquando apparent Phlegma vocantur. B. **Slönnigzetzl in 't gedistilleerde water.** G. Schleim. A. Phlegm. & Flegm. Apud Hippocratem inflammatio sic sæpè sonat. Sumitur interdùm pro excretione viscida. Item morbus gallinarum est. B. **De pip.** à φλέγω uro, incendo.

PHLEGMAGOGA, sunt Medicamenta pituitam educta, ex φλεγμα pituita, & ῥυμα duco. B. **Slömdzvende middelen.** G. Schleim austreibende mittel.

PHLEGMASIA, est inflammatio, æstus, ardor, à φλέγμα uro. Vide *Phlegmone*.

PHLEGMATICI, sunt qui nimia pituita abundant. B. **Slömige luiden.**

PHLEG-

PHLEGMONE, sive **INFLAMMATIO**, Gr. φλεγμονή & φλεγματία, est stagnatio sanguinis rubicundi in vasis arteriosis, angustioribus quam ut particulæ sanguinis transire possint, cum attritu sanguinis à tergo prementis, hinc conjungitur cum tumore, calore, rubedine, pulsatione & dolore loci; etiam contingit quia vasa naturaliter lympham vehentia admiserint in initio suo globulos rubros ob liquidi velocitatem & pressionem, vel quod ipsa vasa sanguinea fuerint angustata, vel quod liquidum transmittendum sit nimis crassum, à φλέγμα inflammo, uro. B. *Een ontsteking*. G. Entzündung. Gall. *Phlegmon*, *Inflammation*. A. Inflammation.

PHLEGMONODES, est inflammatio levis, tumens, phlegmoni similis, ex φλεγμονῇ inflammatio, & *sic* forma.

PHLOGIUM, est violæ species, ejus nomen videtur impositum ἀπὸ τῆς φλογῆς à flamma, & *for* viola, quod ex violæ sit genere, floremque in quo flammei quid emicet, habeat.

PHLOGOSIS, idem quod *Phlegmone*, à φλεγμός incendo.

PHLOGMOS ut & **PHLOMOS** & **PHLOX**, vocatur *Verbascum*, quia flammæ seu facis in modum assurgit, φλέγε enim est flamma. B. *Wolle-kraut* / *Wolle-bladen* / *tooze-kraut*. G. Wull kraut, kertzen-kraut, breun-kraut, himmel-kraut, kcenigs-kertze, himmel brand, unholdenkertzen. Gall. *Bouillon blanc*, *Mollaine*, ou *Bon homme*. A. Higraper, Wolwort, Mulien, Milleyne.

PHLYCTÆNA, sive **PAPULA**, est pustula vel vesicula in cute excitata, alba, oriunda à stagnatione lymphæ in vasis lymphaticis, vel à ruptione & effusione lymphæ ex suis vasculis. B. *Waterpuist* / *blaren*. G. Wasserbultz, hitz blätterlein. Gall. *Bouton*, *Phlyctene*, *Pustule*. A. Blisters. Item sub cornea tunica, ab ulcusculo puris collectio, vocantur & Φλυκτῖδες, Φλυκτῖα . & Φλυκτα. Arab. *Saphati* ab aliis *Ignis Silvestris* appellatur. Item φλυκτανα. φλυκτις, φλυκτια Galeno à Φλυκτανημα in pustulas erumpo, vel ἀπὸ τοῦ φλύκεων vel φλυκται quod bullire & fervere est, pustulæ & vesiculæ quasi a fervenib[us] & acerrimis humorib[us] excitatae, iis, quæ ab igne vel fervente aqua excitantur, similes. B. *Het wild vuur*. G. *Hitz-pocken*, hitzige blattern, das wilde feuer, nachtbrandt, blasen, blattern. Gall. *Phlyctene*, *seu volage*. A. *PLY.*

PLYCTENODES, sunt pustulae phlyctenis similes.
PHLYSIS, idem quod Phlyctena.

PHLYSACIUM, idem quod Phlyctena.

PHOENICIAS MORBUS, idem quod Elephantiasis, sic vocatus forte, quia in Phoenicia aliisque orientalibus plagis grassatur, vel à colore rutilante, est & nomen aliquus Emplasti.

PHOENIGMUS, est Medicamentum, quod in cute per aliquod tempus applicatum, suā validā actione rubedinem excitat, uti & Dropax & Sinapismus, à φοινικώ rubefacio. B. 't Del roodmaakend en blaartrekend middel.

PHOENIX, est palma seu dastyli arbor, quasi φοίνιξ, à sanguineo cruentoque quarundam palmarum dicitur colore, à φοινικώ rubefacio. B. Dadel-boom. G. Dattelbaum. Gall. Palmier. A. Date-tree, Palm-tree.

PHOSOPHORUS, est lapis Bononiensis, qui certo modo calcinatus, in tenebris lucem de se mittit. Sic quoque vocatur oleum Urinæ, quod summam ignis torturam passum; ignem in se intricat, & destillatione ex terrea retorta transcendens, in aqua exceptum, formulis adaptatis infundi & figurari potest, & in tenebris se verum esse ignem ostendit, ex φῶ lumen, & φέω fero. G. Ligt-bringer. G. Liecht-trager, phosphorus. Gall. Phosphore, Porte Lumiere.

PHRAGMITES ARUNDO, sic dicitur, quod indē se pes fiant, è φεύστῳ sepio: φεαγμός enim est septum.

PHRENES, sunt Praecordia, idem quoque quod Diaphragma.

PHRENESES, idem quod Phrenitis.

PHRENIASIS, idem quod Phrenitis.

PHRENIITICI NERVI, sunt qui ad diaphragma pertinent.

PHRENITIS, PHRENIASIS, seu PHRENESES, est delirium cum febre acuta continua, sœpè cum furore & excandescientia, inquietudine, rubore oculorum & faciei, aspectu truculento, pulsu duro, respiratione rara & magna coniunctum, à spirituum animalium inordinato motu, ab exessionibus meningum, inflammationibus &c. productum; nam ab irritationibus istis convulsiones totius cerebri sunt, unde imaginatio perturbatur & objecta ani-

mæ

mæ non debitè repræsentantur. Clariſ. Williſius phrenefin hoc modo definit, quod sit nempè, totius animæ ſenſitivæ, ſive ſpirituum animalium quoad totam eorum Hypothalamicum, phlogofis ſive inflammatio, à φρή̄ mens, quia mens laborat. B. Razende hooftg. G. Taub fieber, taubſucht. Gall. Phrénéſie. A. The Frenſie.

PHRICE, idem quod Horror.

PHRICODES, eft febris horrifeca, in qua unā cum calore horrores ſentuntur, ex φρή̄ horror, & ἀδεια forma. B. Bevende hooftg. G. Zitternde fieber. Gall. Fievre Tremblante. A. Trembling Feaver, dreadful Feaver.

PHRYGANIUM, ſive CREMIUM, eft Suffrutex: ſic forte dicitur à cremando, φρύγεια enim ſeu φρύγιον eft cremare, arefacere quia ejus fermentis ignes ſtruuntur.

PTHARTICUM, eft Medicamentum corrumpens & deleterium, à φθοη corrumpo.

PTHHEIROCTONON, eft *Staphys Agria*, ſic dicitur quia ejus ſemen pediculos enecat, à φθοη pediculus, & κτυω occido.

PTHORA, eft Napelli deleterii species, à φθοη corrumpo, perdo, tela enim hujus ſucco illita parant vulnera deleteria, niſi exciſione pernicioſes antevertatur. Vide *Staphys Agria*.

PTHIRIASIS, ſive MORBUS PEDICULARIS, eft affectio quâ verminat corpus, ſcatetque pediculis. In hominis corpore primo exiguae excitantur pustulæ quæ ſi aperiantur, facile curantur, ſin minùs in gravem morbum pedicularē incident. B. Luis-ziekte. G. Laufeſucht. Gall. Maladie Pédiculaire, Pouilleus. A. The Lowſie Evil. Aliud genus eft quod dicitur ἄγριον ſive ferum, quia ita corpori tenaciter adhærent, ut divelli nequeant, ne priori durius eft. Gall. Morpion & Paetas. G. Filtzlaufe. Aliud Genus dicitur Petale: ſunt lati pediculi in barba, palpebris, pectine & sub axillis nidificantes. B. Platlinzen. G. Filtzlaufz. A. Crab-louſe. Huc referuntur Syrones, Dracunculi, Paffio bovina, Ricinus &c. quandoque infantibus Pedicelli ſuccrefcent pedibus. B. Luis-zieſte / Luis-zucht. G. Seuren, laus-fucht. Gall. Maladie Pediculaire. A. The Lowſie evil.

PTHIRIASIS, eft palpebrarum ſcabies furfuracea & squammosa, à φθεια pediculis ſcateo.

PHTHIRION, idem quod *Phtheirotonon*.

PHTHICUS, est qui pulmonum tabe laborat, à φθίω corrupto. B. *Die een teeringe heeft*. G. Der die schwind fucht am halse hat. Gall. *Etique*. A. A consumption.

PHTHISIS, TABES, Gr. φθίσις, φθίσεις, φθίσασις. Plutarch. Τηνεδῶν πόλιν Aretæo, est universi corporis consumptio, ex pulmonum, vel alterius visceris nobilioris ulcere orta, cum febri lenta & continua conjuncta; cur sæpè anhelitus fætens, sputa purulenta, & tusulis comitantur, à φθίω corrupto. B. *Longe-zweer / teering*. G. Därre, ettich, schwind fucht, lungen fucht. Gall. *Phtisis*, *Ethique*. A. Ulceration of the lightes, consumption.

PHTHOE, idem quod *Phtisis*.

PHU seu PHY, est Valeriana : illa vox à Ponti incolis Græcis mutuata : dici volunt à putore gravique odore, mixto nardeæ suavitati, quem Phu seu Phy adverbio admirantis, & abhorrentis adversam subodorati. Vide *Valeriana*. B. *Speer-kruid / St. Joris-kruid / valeriane*. G. Baldrian, katzen-wurtzel. Gall. *Valeriane*. A. Valerian.

PHYGETHLON, sive PANUS, est tumor ex inflammatione glandularum ortus, ut in Pestè circa inguina &c. B. *Gen buil*. G. Ein geschwulst. Gall. *Tumeur*. A. Tumour.

PHYLACTERIUM, est amuleti species, quâ venenati Morbi arcentur, ut Zenexton & alia.

PHYLIREA, vide *Phillyrea*.

PHYLLITIS, est Scolopendriæ species : sic dicitur quòd foliosus cespes appareat, ex φύλλῳ folium.

PHYLLUM, est Mercurialis : an sic dicatur, per excellentiam ob frondes & folia ? Frondosa & foliosa enim est planta, & φύλλον est folium.

PHYMA, sive TUBERCULUM, generaliter sic vocatur omnis tumor p. n. præsertim in ambitu extremo corporis à causa quacunque interna proveniens. Gr. φύμα & φύτον quatuor vel quinque generum sunt, Verruca, Calli, Vari, Furunculi & Hydroa sive Desudationes, de quibus suo loco. Aliis est tumor glandularum duntaxat qui statim augetur & ad suppurationem festinat, à φύω creisco.

PHYMATODES, est tuberculum *Phymati* simile.

PHYMOYSIS, idem quod *Phimosis*.

PHYMUS

PHYMUS & PHYMOYSIS, idem quod *Phyma*.

PHYSALIS, est lupulus, vel potius ejus flores seu umbellæ : forte dicitur à φυσια inflo, quia cerevisia cum lupulo, cocta facilè in bullas elevatur. Eodem quoque nomine etiam vocatur Solanum vesicarium ob vesicas, φυσίας enim est bulla, vesica. Vide *Lupulus*.

PHYSALOS, est *Bufo*, qui se mirum in modum inflare potest, à φυσια inflo.

PHYSEMA seu **PHYSESIS**, est inflatio in quacunque corporis parte, intestinis vel abdomen, ut in Tympanitide. Item Resina pini, à φυσια inflo.

PHYSESIS, idem quod *Physema*.

PHYSIOGNOMICA, sunt ligna, quibus nonnihil ex vultu praesagiri potest, ex φύσι natura, & γνώσκω cognosco.

PHYSIOGNOMIA, est peritia in natura, hoc est, in creatis cognoscendis, à γνώσκω cognosco & φύσι, natura.

PHYSIOLOGIA, est medicinæ pars, quæ docet corporis humani constitutionem quatenus sana est, quoad omnes ejus partes, fabricam tam solidorum quam fluidorum, ex quibus constat exhibens, legesque tradens juxta quas haec in se agant, quænam effecta producent, & cui usui omnia destinata sint, ex φύσι natura, & λόγῳ narro.

PHYSIS, idem quod *Natura*.

PHYSOCLE, idem quod *Pneumatocle*.

PHYSODES, est quod flatibus abundat : à φυσια inflo, & ἀθροη forma.

PHYTEUMA, est species Linaniæ vel Stæbes &c. hujus Etymon eti omnibus plantis commune videatur (quia φυτεύσαν omnes) tamen φυτεύει non tantum *Plantiare*, sed *Producere*, *Generare* ac *Parere* significat. Haec cùm ad amatoria maximè apta sit, & sic ad generationem, præ aliis φύτευμα est appellata.

PHYTOLOGIA, est pars Medicinæ, quæ strictè ad *Pharmacologiam* & latè ad *Physicos* pertinet. Est enim vegetabilium & plantarum cognitione, ex φύται planta, & λόγῳ dico. B. *Plantheuning*. Vide *Botanica*.

PIA MATER, vide *Mater Tenuis*.

PICA, est appetitus vix superabiliis eorum, quæ in nutrimentum commutari queunt, vel eorum quæ neutiquam apta huic operi : hujus mali causam observationes docue-

re esse humorem acrem prae dominantem in visceribus chylopoieticis, vel ad stomachum & intestina delatum, vix nisi infuso assumptio compescendum, circuitum cruentis mutatum, imaginationem depravatam; unde virgines, gravidasque mulieres, in primis, mirabilis hic affectus occupat; raro autem viri eo infestantur, nisi qui aliquomodo Hypochondriaci. Vide *Citta.*

PICATIO, vide *Dropacifimus.*

PICEA, Gr. πίτρος, est abietis species, picem proferens.

PICRA, vide *Hiera Picra.*

PICRIS, sic nominatur Cichoreum, aliquando Hieracium, idque propter amaritudinem: πικρός enim est amarum.

PICROCHOLUS, est is, qui amaram bilem eructat, eaque abundat, ex πικρά amara, & χολή bilis. B. **Galachtig.** G. Cholerisch, voll van galle. Gall. *Bilieux.* A. Gallish.

PIESTRUM, est instrumentum chirurgicum ad contundenda offa capitis in extrahendo fetu mortuo; dicitur & *Pissorum & Contusorium*, & *Embryozlastes*.

PIGRITIA, est maxima corporis tarditas cum appetitu otii & somni, metuque defatigationis, lassitudini que, sed raro sunt macilenti, unde Pigritia non tam in macie vel tabe pinguedinis carnisque & succorum defectu, quam in succis non satis agilibus & fibris motricibus, hinc inde obstructis, consistit. Ideo qui pingues, carnosí, crastique sunt, longi item & ventre tumidi, solent pigri esse: at pigritia unum est ex praecipuis scorbuti dicti symptomatis; quæ vero Pigritia aliquos tenet, qui cum alactes sunt unirei, ad aliam segnes existunt: Exempli gratiâ, qui ad studia lenti, magis amant vitam in strepitu, in militia, labore, peregrinatione, venatione, lusu, alea, joco, saltatione &c. quam tranquilliorem & sedentariam: ea segnities non morbus in motu corporis tardiore, sed animi ægritudo ex aliis causis cum corpore nimium agili. Gr. οὐετο. B. **Luiheid/traagheid.** G. Faulheit, trægheit. Gall. *Paresse.* A. Slothfulness, idleness.

PILA, species mortarii est, ex varia materia fabricata, ut ænea, lapidea, vitrea, fictilia &c. sumitur & pro pilastro. B. **Een moestier.** G. Ein mærsel. Gall. *Un Mortier.* A. A Morter.

PILARIS MORBUS, idem quod *Phalangosis & Trichiasis.* P.

PILI, sunt corpora teretia & tenuia, variæ formæ & coloris, intus cava, in locis nonnullis exterioris ambitus corporis eminentia, per cutis poros penetrantia, radicem sub ea sanguinea bulbosam, multis vasculis ornatam, per pilis substantiam distributis; inservientia fotui partium quibus supereminent, pororumque exhalantium defensioni ne ab externis comprimantur. Dicuntur & *Crines*, & *Capilli*, quamvis capilli capiti solùmmodo attribuuntur, quasi essent pili capitis. B. *Hair*. G. Das haar. Gall. *Cheveux*, *Poil*. A. The Haire.

PILEUS, idem quod *Galea* in Fætu. Item est instrumentum chirurgicum metallicum, undique in vertice perforatum, quod exulceratis papillis nutricum applicari solet pro commodiori lactatione. B. *En hoedje*.

PILOSELLA, est Gnaphalii species, dicta à copiosis pilis quibus folia investiuntur. Vide *Filago*.

PILULA, sive *CATAPOTIUM*, est Medicamentum solidum sphæricâ figurâ, pisi magnitudine, ex pulveribus, gummis, extractis &c. glutinoso liquore exceptis, efformatum, deglutitioni faciliori inserviens. Suntque purgantes, vomitum concitantes, sudoriferæ, &c. B. *Pillen*. G. *Pillulen*. Gall. *Pittules*. A. *Pilles*.

PILUM, idem quod *Pistillum*.

PIMPINELLA, est planta, quæ habet caules rubros, angulosos, ramosos: folia oblonga, aut obrotunda, in margine dentata, bina uni costæ adhærentia: flores sunt monopetalii, rotati, plerūmque quadrisidi ad centrum usque, quatuor vel multis ornati staminibus, prælongis, bracteis verò herbaceis, minutis, vix conspicuis, unde apetalon alii pronunciant: ovarium fit fructus quadrangularis plerūmque, utrimque acutus, modo unicapsularis, modo bicapsularis, fetus seminibus oblongis, coloris fusci vel subrufi, saporis subamari, adstringentis; odoris tenuis non ingrati: hæc planta crevit in pratis & montibus: dicitur etiam *Pampinella*, *Bipinella*, seu *Bipennula*, quibusdam *Pompenella*, quia pepones olet: ideoque corrupta vox à pepone erit: nisi velis deducere à Germanica voce *Bibinell*, sive à bibendo, quod vino indita illud ob meliorem saporem & gratitudinem, bibere facit: mutatis nempè ambo b. in p. facile invenies nomen *Pimpinellæ*. B. *Pumpernelle*. G. *Bibernell*, *bibinell*, *stein-*

peterlein, boks-peterlein, kolbles-kraut, blut-kraut, me-gel-kraut. Gall. *Pimpernelle*, *sanguisorbe*. A. Burnet, Sto-ne-parfley.

PINEALIS GLANDULA, vide *Conarium*.

PINGUEUDO, vide *Adeps*.

PINNA AURIS, est superior & latior pars ipsius au-ris, quæ *Ala* dicitur. B. *De oorstop*.

PINNA NASI, vide in *Pterygium*, & *Ala*.

PINUS, truncus hujus arboris est magnus, elevatus, rectus, crassus, in parte inferiori nudus, in superiori ve-rò ramosus, corticem asperum & rubicundum habens, lignum durum, flavescentia, & odoratum : folia abietis fo-liis longiora, bina semper ex una communi vaginula orta, parva, dura, semper viridia, acuta : flos mas amentaceus staminibus constat plurimis in uno plantæ loco : fructus in eadem planta loco à flore mare remoto sit conus, tu-berculis tetragonis constans, inter squamas duobus scro-bibus excavatas, sunt duo officula, sèpè alata, fæta nu-cleo oblongo ; haec arbor colitur in hortis, & crescit in montibus. Gr. Πινύς, an pinus à πίτρος picea ? Mutato τ in η an à spina : quod folia habeat quasi spinos, ablato tam-tum s, quasi spinus ? B. *Ppn-boon* / *ppn-appelboom*. G. Hartzbaum, fichtenbaum, kin-holt, foren-holtz. Gall. *Le Pin*. A. Pine-tree.

PIPER, ejus sunt variae species, uti *vulgare piper* sive *nigrum*, *Melanopiper* Gr. *Dictum*. Secundo, *Album*, sive *Leucopiper*, & *Longum* Gr. *Macropiper*; in Malavar ma-xima piperis provenit quantitas; nascitur & in Malacca, insulis Javæ vicinis, Sunda & Cuda, aliisque locis. Seri-tur ad radices alterius arboris, ad cuius usque fastigium se-fè convolvendo scandere solet, foliis rarissimis, mali assyri effigie, sed minoribus, & per extremum acutis, virentibus gustu acri. Fructus uivarum ferè modo racematis co-hæret, quamvis racemi & fructus minores sint : inter nigri & candidi plantam tam exigua est differentia, ut à ne-mine quam ab incolis dignosci possint. Longum nascitur in Bengala, cuius planta eadem quidem, sed folia tene-riora & pallide virescentia habet, imò & petiolum bre-viorem. Virtute omnia calefaciunt, sed album superat ni-grum, & illud iterum longum sua præstantia. B. *Peper*. G. Pfesser, Gall. *Poivre*. A. pepper.

PIPERITIS, est planta cuius folia & præsertim radices acrem & mordicantem habent saporem, ideoque à piperis acrimonia nomen mutuatur. Gr. Λεπίδος. B. **Peper-kruid.** G. Pfesser-kraut. Gall. *Pafferage*, Poivré. A. Dit-tammer, pepper-wort.

PISO, idem quod *Mortarium*.

PISSAPHALTUS, est nativus vel factitius. *Nativus* describitur à Dioscoride, quòd narcatur in Apollonia Epiorotarum. Item, quod ex Cerauniis montibus devolvatur, & impetu fluminis raptum rursus æstu in littus expuatur, ibique concrecat. Et hæc ratione nihil aliud esse videtur quam *Asphaltus*, de quo vide suo loco. *Factitus*, est mixtura ex pice ac bitumine, (undè & nomen accepit) videturque id esse, quod nostrates *Asphaltum* vocant, seu *Bitumen Judaicum*. Non desunt qui putant Arabum esse *mumiam* attamen ipso vocis sono medium quid picem inter & bitumen notat; nigrum, terrenum, graveolens; forsitan variis coëuntibus pinguibus cum bitumine fusco concrevit arte vel & naturâ.

PISSELEON, vide *Pix*.

PISTACIA, **PISTACIUM**, est arbor nucifera, cuius nomen à Syris inditum; ideoque ejus originem nescimus. B. *Pistassi-boom / fisticen*. G. Pimper-nusbaum. Gall. *Pistachier*. A. pistach-tree.

PISTILLUM, est instrumentum Pharmaceuticum, quores in mortario tunduntur. In Botanicis sic vocatur pars illa floris, quæ ejus centrum inter stamna occupare solet, & pistilli oblongi pharmaceutici formam habet. Sumitur à Cl. *Tournefortio* pro ovario sive seminali conceptaculo: eoque sénium est femininum plantæ organum semper bene tectum, & in intimo floris centro ut plurimum dispositum, quod semina, quæ vera sunt ova, usque in perfectam maturitatem continet, conservat, & ab externis injuriis defendit, & postquam fecundata sunt, uteri vicem gerit; hæc autem singula fetus ad instar umbilicali fune instructa assurgent ex utero stylo annexuntur, qui intus cavus est; & ad superiora exporrectus in veram vaginalm expanditur, quæ diversa plerumque figura prædicta mirum in modum in extremis oris simbriata appetet; hinc quum totum styli corpus maxima autem ejus superior pars Tubis Fallopians non absimilis sit, eodem à nonnullis nomi-

ne insignitur, non, quod ipsa secundi pulveris grana, quæ staminum apices ejaculantur & in vaginam excutiunt, ad imprægnata nondum ova deferat (hæc enim tantùmmodo vehiculi vices gerunt.) Sed, quod spirituofus ille halitus pulvere suo expeditus, & vaginâ exceptus, per Tubas Fallopianas seu stylum delatus contenta ovario facundet femina. B. *Eru stampfer.* G. Ein ruhrpistill, stœsser. Gall. *Un Bifortier, un Pilon.* A. A pestle.

PISTOLOCHIA, est Aristolochiæ species fideliter partum expellens: hinc ejus nomen à *πιστος* fidelis & *πορεια* puerpera, gravida, à *νεκρω*, id est *νεκυαι* jaceo, scil. *in tā νεκαι*, in lecto.

PISUM, est planta, quæ habet caules longos, cavos, fistulosos, fragiles, coloris viridis, albescens, ramos, repentes: folia sunt oblonga, à caule quasi penetrata, cætera pinnata, costis apposita: flores sunt leguminosi, albi, punctis purpureis instructi, flori succedit siliqua longa, inflata, cylindrica, fæta seminibus subrotundis, viridibus; sed post siccitatem angulosis, albis, aut florescentibus: radix est parva. Pisum primò distinguitur à magnitudine, secundò à colore, tertio à figura. Gr. *πισος*, *πισος*, & *πισιος*, nomen accepit, vel *πισιον* *πισον* quod *Decoricare* significat; vel ab agro vel urbe Pisa, circa quam copiosissime olim nascebatur. *Lecythus* est ovi vitellus cortice obductus, hinc pisum, quia cortice etiam vestiuntur. Gr. *πισιος* nominant. Gall. *Pois.*

PITTACIUM, est pannus modicus, qui medicamento illitus, affecto loco imponitur. *πιττακιον*, *πλάτησμα*, qui latior videtur, ut *Splenium oblongior*: *Splenium* Plinio à *splenis* figura, *longiusculum* propriè emplastrum est. B. *Wondplaaster.* G. Wund-plaster. Gall. *Emplastre pour les playes.* A. A Woud plaister.

PITUITA, idem quod *Phlegma*.

PITUITARIA GLANDULA, vide *Glandula Pituitaria*.

PITUITARIA, vocatur *Staphys agria*, quia mastican-
do pituitosam salivam copiosè elicet.

PITYRIASIS, vide *Furfuratio*, à *furugor* furfur. B. *Zemelachtig vel.*

PITYROIDES, est urinæ sedimentum furfuraceum,
ex *furugor* furfur, & *alio* forma. B. *Zemelachtige pig.*

PITYS, est *Pinus*, *Picea*, quia à πῖτη, quasi pingui abundat, vel à πίτη, siquidem ex ea pix defluit. B. *Pitoom*. Vide *Pinus*.

PITYUSA, est *Ezula*, cuius folia pini foliis proximè accedunt: hinc nomen venit à πίτης pinus.

PIX, Gr. πίτη, est pars resinosa ex arboribus resinosis, uti Pinu, Abiete, Larice, Terebintho, Cedro &c. vi ignis, extorta, modus fit per descensum. Primo venit pix liquida: deinde crassior & crassissima, affertur copiose ex Finlandia, aliisque circa Norvegiam locis. Pix liquida, dicitur *Pisselæon* *Dioscoridis*. Pix illa ubi denuò coctione purgatur, seu si mavis dephlegmatur, crassescit magis & magis, diciturque pix sicca, *Palimpissa*, *Pix navalis* (quod navibus picandis adhibetur) non quod à navibus maritimis derafa sit, quippe haec appellatur *Zopissa*. B. *Pelt* / *pith*. G. Pech. Gall. *De la Poix*. A. pitch.

PIX GRÆCA, vide *Colophonia*.

PLACENTA UTERINA, seu Hepar uterinum. B. *De moeder-hoek*. Est substantia rubra hepatis similis plurimis acinis glandulosis & innumeris vasorum tenuissimorum myriadibus referta. Habet venam unam, & arterias duas ex funiculo umbilicali, & vasa fortè lymphatica à partibus vicinis. Parte exteriori utero adhæret, alterutri lateri indifferenter, frequenter tamen in medio, quemadmodum fructuum petiolus arbori, interius Chorio obducitur, & quā parte utero adhæret, membrana quoque intercurrit: ex uteri vasculis minimis hic currentibus & cum orificio vasculorum placentae communicantibus succum nutrientem, (non siccus ac in papillis intestinalium contingit, quae chylum imbibunt & vasis lacteis communicant) accipit, qui per venam umbilicalem, unā cum sanguine reflu, in usum foetus facebit, cuius pars superflua ab arteriis in amnion fortè deponitur, ut foetus etiam per os nutriatur. Fortè vasa sanguinea placentæ, cum vasis uteri sanguineis communicant. Placenta illa unā cum membranis, post enixum foetum, etiam expellitur, & *Scindinarum* nomine veniunt. B. *De nageboorte* / *geboorte-hoek*. G. Leber kuchlein, die nach geburt, after-birth. Gall. *Le Gateau, ou l'Arriere faix*. A. Womb-cake, the womb-liver or Secondine.

PLADAROSIS, sunt parva & mollia tubercula, inter-

nae parti palpebrarum accrescentia. B. *Stukjes vleis aan de oog-schelen.*

PLAGULA, vide *Splenia*.

PLANETICA ARTHRITIS, à πλανήσιον erro, vagor. Idem quod *Arthritis Vaga*.

PLANTA, est vegetabile integrum, sive arborem velis, sive fruticem, sive herbam, eisque corpus organicum, per radicem terrae affixum, unde nutrimentum capiens crescit, sique distinguitur à reliquis rebus crescentibus, viventibusque. B. *Een plant*. G. Ein gewächs, kraut, eine pflanze. Gall. *Une Plante* A. A plante.

PLANTA NOCTIS, idem quod *Hydroa*, & *Sudamina*, sic dicitur, quod à frigore nocturno potissimum inducatur.

PLANTA PEDIS, est pedis inferior carnosa & concava pars, inter digitos & calcem. B. *De voetzool*. G. Die fohlen am fusse. Gall. *Plante du pied*. A. The Sole of the Foot.

PLANTAGO, Gr. Αγρυπνία: nomen devenit à plantata. Vide *Arnoglossum*.

PLANTARIS MUSCULUS, hic à latere inter soleum & gastrocnemium ab externo femoris inferiore tuberculo exilis, longissimo tendinis tractu, emissus, calcis teres infigitur externo lateri, plantamque tegens totam, omniesque adit digitos: ejus officium est retrorsum extendere. B. *De plant-spier*. G. Der fusz fohlen maufz. Gall. *Le Jambier Grefle, dit vulgairement Plantaire*. A. The Muscle of the Sole of the Foot.

PLASTICA VIRTUS, dicitur quæ vim habet aliquid formandi. Veterum est locutio & ignorantia asylum; quod enim rectè explicare non poterant, vim plastican vocabant: ut est vis ossifica, ossifraga, expultrix, attratrix &c. à πλάσσει fingo. Gall. *Vertus Plastique*.

PLANTARIA, est arundinis species, ob similitudinem fructuum, quam globuli arboris platani habent, nomen accepit. B. *Niet-gras*. G. Igels knœpfe. A. Reed-grass.

PLATANUS, est arbor, de qua Herodotus, aliquique scriptores tam multa locuti sunt, dicitur & *Platanus latus*, quia hæc arbor in Asia tam mirifice ramos expandit; ut plus quam mille homines sua grata Umbra tegat; sub tali arbore dicitur Hippocrates invenisse Democritum, cumque esse allocutus. Nomen habet, ob folia lata &

ampla, à πλατανός dilato, ramos latè diffundo. G. Ahorn, maſz holder. Gall. *Platane, ou Plane.* A. plane-tree.

PLATYPHYLLOS, est Esculus : vox sonat *Latifolia*, ergo à πλάτη latum & φύλλον folium.

PLATYSMA, est linteum latum, quod ulceribus superimponitur, à πλάτη latum.

PLATYSMA MYODES, vide *Myodes*.

PLECTRUM, vide *Cion*.

PLENITUDO, est *Plethora*, sive boni sanguinis abundantia ; quæ dicitur esse vel ad vasa vel ad vires. Vide *Plethora*.

PLERES ARCHONTICUM, est pulvis quidam cephalicus : significans *Implens Principale*, à πληρόω impleo, & ἄρχειν principium.

PLEROTICA, sunt Medicamenta carnem restaurantia & impletantia. Vide *Sarcotica*, à πληρόω impleo. B. *Oleis-*
makende middelen. G. Fleisch machende mittel. Gall. *Remedes incarnatifs.*

PLETHORA, est cum sanguis, alendo corpori utilis, in vasibus supra mediocritatem abundat, ita ut à minimo motu vehementiori, in statu sanitatis requisito, statim morbus inducatur : diciturque esse vel ad vasa, cum sanguis ita abundet, ut vasa quibus continentur, mole suâ distendat : vel ad vires, quando tanta est sanguinis copia, ut vasa quidem non supra modum repletat ; viribus tamen sit gravis. Sed illa differentia, potius ad morbos referri debet, quam ad sanitatem : nam si vasa distendantur, crassum sanguinem & obstrunctiones indicat : & si homines viribus fuerint graves, obstrunctiones & compressiones vasorum minimorum & nervorum significat, à πλήρω impleo. B. *Bloed-ryst / volsappig.* G. Blut-reich. Gall. *Plein de sang, Plethora.*

PLETHORICUS, est is, qui multo sanguine & succis abundat, à πλήρω repleo. B. *Een die veel bloed heeft.* G. Blutig, voll blut. Gall. *Plethorique, sanguin.* A. Bloudie, bloudish.

PLEURA, sive MEMBRANA SUBCOSTALIS, est membrana thoracem ejusque viscera intus succingens. B. *Het borst-vlieg / ribbe-vlieg.* G. Das brust fell, ribben-fell. Gall. *Pleure.* A. The Breasts internal Membrane.

PLEURITIS, est, ut dicitur, pleurae & musculorum

intercostalium inflammatio, cum febre acuta, continua, punctionis lateris dolore, aucto in inspiratu: in exspiratu, vel animae retentione mitiori, quare conjungitur cum difficultate respiratione, pulsu duro, tussi, sputo que interdum cruento, estque vel *Vera*, ut supra definitivus, vel spuria, à $\pi\lambda\omega\varphi\alpha$ latus. B. *Zyde wee / pleuris.* G. Das feiten stechen, Seitenwehe, brust geschwært, stich. Gall. *Pleurise.* A. The pleurisie.

PLEURITIS NOTHA, seu **SPURIA**, est species pleuritidis, in qua musculi Intercostales externi, vel Musculi alii his incumbentes verâ inflammatione corripiuntur, cum signis nonnullis pleuritidis modo descriptâ. B. *Zen bastaart pleuris.* Gall. *Fausse Pleure sie, Pleure sie batarde.*

PLEURORTHOPNOEA, est lateralis morbus, in quo non nisi erecto collo respirare possunus, ex $\pi\lambda\omega\varphi\alpha$ latus, $\delta\varrho\sigma$, rectus, & $\pi\pi\pi$ spiro.

PLEXUS CHOROIDES, supra glandulam pinealem, velut supra fibulam suspendi videtur: iste plexus ad hunc modum constituitur: ex utroque medullâ oblongata latere, ubi cerebri limbus ei connectitur, duæ arteriæ e posterioribus carotidum ramis, ubi vertebralibus uniuntur, oriundæ, recta ascendunt; quæ statim divisæ, velut plures rivi juxta consiti, versus glandulam pinealem evehuntur, ibidemque mutuò occursu terminari videntur; atque illic loci, e fini quarto surculi venosi utrinque prodeunt, qui pariter in filamenta divisi, arteriis capillaribus obviam fiunt, inque illos pluribus in locis inosculantur, & varie complicantur; adeoque haec vasa, inter se plurimum irritata, & glandulis interferta, plexus admirandos continent. B. *De netwijns geblogten vlegting.* G. Die netzgleiche geflochtene blut-gefæße. Gall. *Le Plexus, ou Lais Charoide.* A. The Net Choroides.

PLEXUS GANGLIOFORMIS, dicitur, quando varii nervi in unum nodum ganglio sive nodo similem coalescunt. B. *Zenuws vlegts knoop.*

PLEXUS NERVOSUS, dicitur, cum duo vel plures nervi coeunt, & extuberantiam velut nodum constituant. B. *Zenuw-vlechten / zenuw-knooping.* G. Ein geflochten sennader knopff. Gall. *Noeud Nerveux.* A. The nervous plex.

PLEXUS RETICULARIS seu **RETIFORMIS**, vi de *Plexus Choroides.* Pli-

PLICA, est morbus Polonis endemius, quando capilli capitis; in unum cirrum, vel plicam concrescunt, instar caudæ vaccinæ, adhæc etiam gibbi fiunt, laxantur artus, membra conglobat & retorquet, pediculos fundit, aliaque symptomata inde proveniunt. Diligentissimus F. Ruisch mihi plicam ostendit, quam in museo inter alia rariora servat. B. *Een vlecht.* G. Maren-slachte & schreteleins zepf, salben-zepf, alii maren-lock, vel moren-lock, wichel zepf, juden zepf.

PLUMACEOLA, idem quod *Splenia*.

PLUMBAGO, idem quod *Molybdæna*. Gall. *Plomb de mer*, *Plombagine*, *Mine de plomb noire*, *plomb de Mine*.

PLUMBAGO, est Persicaria, dicta quod maculas habeat Plumbeas.

PLUMBUM, est metallum mollissimum, ante ignitionem in igne liquefcens, fumando avolans, & diu fusum per vaſa pleraque transit, ante ignitionem calcem ejicit, vitrescit citò, tum fusum nullo vase in igne contineri ultra potest: cum metallis impuris vitrescit, tumque eadem secum ex cava superficie catilli documastici abripit, solum aurum & argentum pura à cæteris relinquit, in aqua forti, non in aqua regia solvit, salemque dat dulcem. Minimè sonorum est, coloris lividi, specificæ gravitatis ad aquam, ut 11345. ad 1000. B. *Loot*. A. Gall. *Plomb*. Lead.

PNUEMATOCLE, est ramex seu Hernia ventosa: cum scrotum à flatibus distenditur, à πνεῦμα ventus, & αἷμα tumor. B. *Wind-bruch*. G. Wind bruch. Gall. *Pneumatocelle*, *Hernie ventenuse*. A. A windy rupture.

PNUEMATODES, est anhelosa respiratio, à πνεῦμα spirato, & εἴδος forma.

PNUEMATOSIS, est spirituum animalium generatio, quæ fit in glandulosa corticali cerebri substantia, nisi forte vascula ex sanguineis rectè orifunda sint nervorum communicatoria: illuc arteriolæ deplentur, & spiritus extillantur, qui postquam cerebri medullum subierint, totum nervosum genus, motibus actionibusque sensitivis perficiendis, irradiant, à πνεῦμα spiritus, & τιθηναι constituo. B. *Geestmakinge*. G. *Geistmachung*. Gall. *Generation ou Production d'esprits*. A. Generation of spirits.

PNUEMATOPHALUS, est umbilici, à flatibus in ventre collectis, protuberantia, ex πνεῦμα flatus, & δυφα-

λαρυγγος umbilicus. B. *Een wind-brucht in de navel.* G. Des nabels windbruch. Gall. *Hernie Venteuse du nombril ; ou Pneumatophale.* A. Windy rupture in the navil.

PNEUMON, Gr. πνευμα, Lat. Pulmo, à πνεω spiro. Vide *Pulmones.*

PNEUMONANTHE, est Campanula autumnalis : & vox ipsa significat *Florem Pulmonalem*, sed an inserviat morbis pulmonum, necdum compertum habeo, ex πνευμα pulmo, & ἄνθη flos. B. *Lange bloem.* G. Lungen blume. A. Marsh-gentian.

PNEUMONICA, sunt quæ respirationem facilitant, à πνεω spiro.

PNIGALIUM, idem quod *Epiates*, à πνιξ suffoco. B. *We nacht-maat.*

PNIGMUS, est suffocatio, seu strangulatio, à πνιξ strangulo.

PODAGRA, est Arthritis pedum, vide *Arthritis*, & πόδι, pes, & ἀγκών capio. B. *Doeten-eubel / voet-flerecpn.* Cic. *Pedibus Caput.* B. Das zipperlein an den fuessen. Gall. *Goute aux pied.* A. The gout in the feet.

PODAGRA DENTIUM, idem quod *Odontalgia*.

PODAGRA LINI, idem quod *Cassutha*.

PODEX, idem quod *Anus*.

POEONIA, est planta, quæ habet caules rubicundos, in multis ramos divisos ; folia ampla, polita, splendentia, in parte superiori lanuginosa, caulibus rubicundis adhaerentia : flores sunt rosacei, pentapetali, aut polypetali, rubentes, saporis fatui, odoris nullius ; pistillum floris abit in fructum multis filiisque univalvulis constantem, in inferiori parte conjunctis, in superiori à se mutuo secedentibus per maturitatem, repletis seminibus crassioribus, oblongis, rotundis, nigris, lucidis, sub cortice crassissimo, membranaceo, includentibus pulpam albam, saporis subdulcis, odoris nullius : radix est oblonga, crassa, tuberosa, foris fusca, intus pallida, saporis dum recens est, subacris, cum levi quadam amaritie, odoris nullius. Gr. Γλυκυσιδη & παιωνια, casta herba Latinis. Γλυκυσιδη dicta, quod grana mali punici acinis similia habere videatur. Nam fidia mali punici grana à Boeotis nominantur. Poeonia ab ejus inventore, medicinae peritissimo, Poeone appellata est, qui ea nempè vulneratum Plutonem ab Hercu-

le curasse perhibetur. Nisi forte nomen illud acceperit
ἀπὸ τοῦ παιώνα, sive παῖς, vel τόπλιον, percusio. Vel
ἀπὸ παῖδεων vel παιώνιον hymnos cano, quod ob insignes vir-
tutes multum laudaretur. B. **Peoni**. **Vuurblom**. G. Peo-
nie, benigroen, pfingst-rosen, ficht-rosen, konings blum.
Gall. **Pivoine**, **Peone**. A. Peony, piony.

POLEMONIUM, nonnullis *Beën Album*, est planta flos-
culos albos producens, an habeat nomen à Cappadociæ
urbe *Polemonium* dicta, affèrere non audeo. A. Wild lage.

POLIUM, est planta graveolens, quæ hæbet caulem
obrotundum, tenuem, durum, lignosum : folia oblonga
lanugine flava instructa, dentata, crassa : flos est monope-
talus, labiatus, cuius labii superioris locum occupant ita-
mina, labium verò inferius in quinque partes dividitur;
ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad in-
star clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipa-
tum, qui abeunt in totidem semina in capsula, quæ floris
calix fuit, recondita, obrotunda, minima; flores in capi-
tulum collecti summis ramulis & caulinibus innascuntur,
suntque aurei coloris, odoris penetrantis, aromatici, sapori-
ris amari : crescit haec planta in regionibus calidis in mon-
tibus. Dicitur à canicie, canisque capillamentis & tomen-
to hirsuto, quæ non modò capitula corymbacea, sed etiam
universam plantam incanam reddunt, perinde ac *Gnaphalium*. Gr. πολίον, canus est. Gall. *Pólium*.

POLLEX, vide *Digitus*.

POLLUTIO nocturna, est involuntaria seminis, cum
titillationis sensu, per libidinosa insomnia, excretio. B.
Onwillige zaadloozinge. G. Samen flusz. Gall. & A.
Pollution.

POLYACANTHAS, est Cardui spinosi species, ex πο-
λυ μultū & ἀκαρδα spina.

POLYANTHEMUM, est planta multos flores profe-
rens, ex πολὺ multus, & πολὺ flos.

POLYCHRESTON, est medicamentum multis morbis
accommodatum : hinc hoc nomine nitrum sulphure ac-
censo & ignitione præparatum donari solet. B. *Een mid-*
del tot veete ziekten.

POLYCHRONIUS, est morbus diuturnus, qui ad men-
ses & annos plurimos sœpè extenditur, ex πολὺ multus,
& πολὺ diuturnus. B. *Een langduurige zielte*. G.
Lang.

Langwierige kranckheit, eine stete krancheit. Gall. *Maladie longue*, *Chronique*. A. A long disease.

POLYGALACTOS, est foemina, quæ multo lacte abundant, ex πολὺ multum, & γάλα lac. B. **Die vol fog oste melk is.**

POLYGALÀ, est herba lac generans, vel multum sucii lactei habens, ex πολὺ multum, & γάλα lac : habet caulem tenuem, sat durum, alterum rectum, alterum repente : folia exigua, graminea, altera acuta, altera oblonga, & obrotunda : flores sunt monopetalii, personati, perforati, exigui, in spicas congesti ; labio superiori erecto, & inferiori bifido, quod magis prominet : post florem sequitur fructus compressius, in duo loculamenta, semina oblonga continentia, divisus ; floris calix quinquefidus hunc florem involvit : radix lignosa, exigua, dura saporis amaril & aromatici : crescit haec planta in locis incultis oves praे omnibus graminum speciebus hanc eligunt, nullas vires præter eas, quæ graminis communes sunt ; habere videtur.

POLYGALUM, idem quod *Polygala*.

POLYGONATUM, est sigillum salomonis, planta haec habet caules rotundos, politos, nullos ramos dantes, in summitate aliquantulum incurvatos : folia ad caulem alternatim & quasi pendula, disposita, oblonga, ampla, nervosa, coloris subfuscii : flores sunt monopetalii, campaniformes, tubulati, nudi, multifidi, uni cauli adhaerentes pedunculis brevibus, in sex segmenta fissi, sex staminibus è latere interno floris enatis prædicti : ovarium ex floris centro natus tubam emitit longam, apiculo fimbriato instructam, & fit bacca mollis, ferè rotunda, ovalis, viridis, aut purpurea, continens semina ovalia, dura, alba : radix est longa, digitæ crassitiæ, per intervalla articulata, & nodosa, aut tubulata, alba, multis fibras possidens, saporis subdulcis : haec planta crescit in sylvis. Sic dicitur à radice geniculorum frequentibus nodis ex intervallis tumente, ex πολὺ multum, & γόνῳ genu, seu nodus. B. **Za-lomons zegel**. G. Weisz-wurtz. Gall. *Seau de Salomon*, *Signe de Salomon*, *Genouliere*, *Geniculere*. A. Solomons feal.

POLYGONUM, seu **CENTUM NODIA**, est planta, quæ habet caules longos, tenues, rotundos, solidos, te-

naces, plerūmque repentes, creberrimè geniculatos : folia oblonga, angusta, acuta, viridia, caulis brevibus adhærentia, & alternatim disposita ; calix est quinquifidus, infundibuliformis, qui per maturitatem fit capsula seminalis : flores apetalii, plurimi staminibus confantes, parvi, qui ad foliorum alas oriuntur : semen perfectè triangulare est, sat crassum, coloris castaneæ ; radix longa, satis crassa, simplex, dura, lignosa, fibrosa, valde repens, saporis acidstringentis : hæc herba in viis frequens, ex πολὺ multum, & γένῳ genu. Vocatur etiam *Proserpinaca*, forte à proserpendo : & *Seminalis*, à semenis multitudine : & *Sanguinalis*, à sanguine cohibendo : ut & *Corrigiola*, an quod morbos corrigat ? B. *Guizend-knoop/ verheng-gras/ kreupel-gras/ knoop-gras*. G. Weg-gras, weg-krit, denn-gras, blut-kraut. Gall. *Sanguinaire, Centinode, Renouée, A. Knot grass*.

POLYGOPHORA, sunt potus seu vina plurimi spiritibus pollutia, ex πολὺ multum, & φοεῖσι fero. B. *Stervke wijn/ krachtige wijn*.

POLYMORPHUM Os, idem quod *Sphenoides Os & Cuboides*.

POLYNEURON, vide *Arnoglossum*.

POLYPHAGIA, est multi alimenti assumptio, ex πολὺ multum, & φάγω edo. B. *Peel-eting*.

POLYPHARMACON, idem quod *Polychreston*, ex πολὺ multum, & φαρμακοῦ medicamentum.

POLYPODES, dicti *Afelli & Millepedes* : est insectum diureticum. B. *Beugen/ pisse-bedden/ krobbben/ ezelkengs*. G. Ein kellerwurm, schäfflein. Gall. *Cloportes, Pourcelets de saint Anthoine*. A. Sows, Hogs-lice, Many-feet.

POLYPODIUM, est plantæ genus nequaquam ramosum, cuius folia ad nervum penè in partes angustas & oblongas secari solent : fructus foliis innascuntur ; capsulæ scilicet membranaceæ sphæricæ in acervulos congestæ annulo carentes, quæ fibrarum contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima : radix est oblonga, minimi digiti crassitie, foris rufescens, intus herbacea, ex viridi pallescens, multis nodis & tophis quasi acetabulis geniculata, saporis subacris dulcis, quodammodo adstringentis & nauseosi : est species *Filicis*, in opacis sylvis & mon-

ti-

tibus ad petras muscidas, imprimis ad radices caudiceſque
vetuſtos arborum Fagi, coryli, Quercus nascitur. Ex πολὺ^ν
multum & πόδι pes: repit enim quaſi plurimiſis pedibus, vel
nomen accepiſſe ferunt, à radice ſc. quaſe ſcirrhos & ace-
tabula polyporum modo habet. *Filicula* etiam vocatur à
ſimilitudine foliorum cum Filice. B. *Deelvoet* / *boom-vaaren* / *enge-zoet* / *eiken-vaaren*. G. Engel-fuez, fuez-
fahren, baumfarn. Gall. *Polypode*. A. Polypody, Oakeferne.

POLYPUS, eſt tumor in cavitate narium excreſcens,
eſtque duplex, vel turundæ formam refert, & *Sarcoma*
generali nomine vocatur: vel ramulis aut pedibus variis
ad oris interiora aut naſi exteriora ſe extendit; color eſt
albus; ſæpè ad rubedinem vergit; aliquando lividus, &
niger, hujusmodi excreſcentia in naribus, & finibus cranii
meningis aliquando contingunt; In Corde quoque &
Arteriis majoribus ſanguis pro tempore stagnans ob animi
deliquia &c. concreſcit in maſſam foliadam, tenacem, po-
ſteā non diſſolvendam, quaſe vel liberē in vafis illis ali-
quamdiu fluctuat, donec impellatur trunco uni alterive,
vel accreſcit lateri vafis quod ſumme extendit, & vocatur
Polypus, ex πολὺς multus, & πόδι pes. B. *Een ſlim propfiel voet*. G. Viel-futz, ein naſen geschwær. Gall. *Polype*.

A. Tumour with many leggs.

POLYSARCTIA, eſt nimia corpulentia corporis, ex πολὺ^ν
multum, & σάρξ caro. B. *Copulentigkeit* / *groß-hüng-heit*. G. Ungemeine dicke fertigkeit des leibes. Gall. *Cor-
pulent*, *Charnu*. A. Corpulent.

POLYSPASTON, eſt machinamentum articulis repo-
nendis accommodatum: ita dictum, quod multis orbicu-
lorum circuituibus facilitatem præstat, ex πολὺ multum,
& στάσις traho.

POLYSPERMOS, qui ſemine dives eſt, ex πολὺ multum,
& σπέρμα ſemen. B. *Deel-zadig*.

POLYTRICHUM, eſt Capillus Veneris, ſic dicitur ob
capillarem faciem, ex πολὺ multum, & ſigillatus capillus, di-
citur quaſi *Multicomum*, quod capillos denſos ac multos
faciat, ejusque deſluvia expleat. Eſt & aliud *Polytrichum*,
quod muſci species eſt, aurei coloris, ſic dicta a ramulis,
qui capillorum instar tenues ſunt. B. *Drouwen-hair* /
Venus-hair. G. Frauenhaar. Gall. *Polytric*, *Gurguet*,
Rue de mur. A. Maiden-hair.

POLY-

POLYTROPHIA, est nutritio multa, quando nempē quis maximoperē nutritur. B. *Heel-boedinge*.

POMAMBRA, dicitur quasi pomum ex ambra aliisque odoramentis compositum. Ingredientia sunt plerūque ambra Gryfea, Moschus, Zibethum, Ladanum, Benzoin, Styrax calamita, oleum cinamomi, oleum caryophyllorum &c. ex hisce cum mucagine alicujus gummi, globuli majores seu poma odoris gratiā componuntur. B. *een amber-bal / ruhi-bal*. Gall. *Pastille*. A. A Smell-ball, Pomander, Muske-ball.

POMATUM, est unguentum grati odoris, pinguedinem porcinam & poma recipiens, undē nomen. B. *Appel-zalf*. G. *Apfel-silbe*. Gall. *Pomade*.

POMPHOLIGODES, urina est, cui in superficie plurimae bullæ innatant, quæ plerūque in flatibus & doloribus corporis observantur. A. *πομφολιγόδης* bullas excito. B. *Schuiimachtige pis*.

POMPHOLYX, est favilla tenuissima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, supernæ earum parti adhærescit. Coit ibidem in gloinulculos vellerum lanæ similes, contactaque farinæ modo dispergitur. Eodem modo & Cadmia, vi ignis violenti in favillam seu tutiam redigi potest. Arab. *Tutia*, Lat. *Bulla*, nam *πομφίλης* Bullam significat, à *πινφί* flatus; officinis *Nil*, undē Belgis *Piet* / *five witniet* / ad differentiam Tutiae, item dicitur *Nibilz album*. G. *Weitz nicht*. Gall. *Calamine ou Tutie Blanche*. A. The White Tutty.

POMUM & POMUS, latius patet quām malum, comprehendit enim fere omnes fructus molliorem corticem habentes: fortè sic dictum, quod eorum plurima etiam fitim tollant, ita ut simul sint cibo & potui. Gr. *μῆλος*, οὐ πάρα. Nonnulli à πέμπει potus derivant.

POMUM ADAMI, est protuberantia illa in collo anteriū conspicua, sic dicitur quia vulgo persuasum est, in Adami faucibus Pomi partem ex pœna divina remorata esse, & ad poiteros translatam. Nihil aliud est quām capititis laryngis protuberantia. B. *Adamz appel*. G. *Adam's apffel*. Gall. *Pomme d'Adam*. A. Apple of Adam.

POMUM ADAMI, est mali Aurantii species: nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur ac si dentibus demorsus esset.

POMUM AMORIS & POMUM AUREUM, seu MAMMUM AUREUM, sic vocatur ob pulchrum & amabilem aspectum.

POMUM ODORIFERUM, idem quod Pomambra.

PONDO, de ponderibus Job. Rhodius haec habet: inter pondera Romana reliquorum omnium tam Ponderum quam Mensurarum veluti regula primas partes merito poscit. Libra. Cujus schema P. Celso sine ulla adjectione, notat pondo solum, hoc est, Libram, non Mercalem, negotiatoriam, Στατικὴν Polluci, Gallis Regiam, quae Secundum Denum Budæo, de Aff.lib. 2. fol. 38. Sedecim unciarum H. Junio, sed Romanam, qua tam mensuralis à mole, quam à gravitate ponderalis, Affis instar, Romanis usitatislimè XII. Unciarum five 14. Denariorum erat: non quidem levi conjecturā sed computatione legitimā, nostræ æqualis. Hoc tamen discrimine, ut Libræ Unciae XII. Mensurales, X. ponderales respondeant, ex Galenī lib. 6. de comp. Med. S. gen. cap. 8. Sili. Quod sciam, Budæo de Assè, duodecim & dimidiæ, cujus sententiae momenta Agricola solidè infregit lib. 4. de ponderibus & Mensuris, nostris sic notatur Pond. & Lib. pro Regionum imo & urbium diversitate innumera penè dantur ponderum genera. Vide etiam Libra. B. En pond. G. Ein pfund. Gall. Une Livre. A. A pound.

PONS VAROLII, sunt Processus quidam cerebelli globosi, propè vermiciformes, sic à Varolio inventore dicti. B. De brug van Varolius. G. Eine brucke von Varolius. Gall. Pont de Varolius, Appendices vermiciformes. A. Bridg of Varolius.

PONTICUM ABSINTHIUM, nomen habet à Ponto regione in qua nascitur.

POPLES, est articuli istius, quo os femoris articulatur ossi tibiae, pars interior, sive posterior, quā crus flectitur. Gr. ἡγρὸς & ἡγρία. De Haassen. G. Die kneibuege. Gall. Le Jaret. A. The hollow of the afterpart of the Kneethē Harm.

POPLITÆUS MUSCULUS, est unus ex iis quo tibia movetur. Extero infernoque femoris osseo tuberi adnatus, oblique, itidem tibiae superiori posteriorique eminentia quadrata ex parte figura inferitur. B. De Haassen spier. G. Der kniebuegen mausz. Gall. Muscle Popliteon Jarretier.

POPLITÆA VENA, ex duplici ramo cœtralî mixto constat, & sub cute tecta posteriū per medium poplitis flexum, excurrit usque ad calcem, aliquando ad malleoli cutim. B. *De Maassen* ader. G. Der kniebuegen ader. Gall. *Veine Poplitée*. A. Idem.

POPULAGO, est planta, quæ habet caules ramosos, rotundos; folia rotunda, ampla, polita, leviter crenata in margine, coloris virido-obscuri, chelidonii minoris foliis satis similia: flores sunt polypetalii, rosacei, nudi, ranunculoidei: pistillum floris abit in plurimas vaginulas, quæ deorsum pendentes ferunt plurima semina plerumque oblonga: radix fibrosa, albescens: hæc planta crescit in locis aquosis: est *Tussilago* altera, dicitur & *caltha* palustris, & chelidonia palustris, sic dicta ob foliorum albedinem, quam cum populo arbore communem habet. Gall. *Penplier*.

POPULEUM, est unguenti nomen, sic dictum, quia componitur ex oculis seu Gemmis Populi, quibus additur *Bardana*, *Hyoscyamus*, *Lactuca*, *Mandragora*, *Papaver nigrum*, *Sempervivum majus* & *Minus*, *Solanum*, *Violaria*, *Umbilicus veneris*, *Rubi cymæ*, & *Porei axun-gia*. B. *Populier zalf*, *poppelhoen zalf*.

POPULARIS MORBUS, idem quod *Endemius* seu *Epidemius*.

POPULUS, seu FARFARUS, est arbor procula, quæ habet folia fere circularia, incisa, dura, nigricantia, semper tremula, licet nullus adsit ventus: flos est amentaceus, plurimis nempè foliolis apicibus donatis constans, sed sterilis; teneri enim fructus innasci solent iis populi speciebus, quæ floribus carent, spicati, plurimis foliolis compositi, sub quibus latet campana quædam embryonem complectens; is autem abit deinde in siliquam membranaceam, bifariam dehiscentem, spicatam, ieminibus saetam pappis instructis: initio veris oculos seu gemmas producit, mucronatos, odorato, luteo, pingui, ac tenaci succo prægnantes: an à τάννω vibro, quatio, concutio, quia à minimo aëris motu, Populi tertiae speciei folia concutuntur. B. *Populier-boom* / *abeel-boom* / *ratelaar* / *pope-laar*. G. Alberbaum, pappelbaum, alpen. Gall. *Penplier*. A. Asp-tree, popler-tree.

PORCELLO, est insectorum species, quæ & *Afelli* &

Millepedes dicuntur. B. *Zeugen / krabben / piſſ beddeſt* ob odorem urinæ, quem spirant. Eorum pulvis valde diureticus est.

PORI, dicuntur meatus exigui & insensiles cutis aliarumque partium, per quos sudor & effluvia vaporosa ex corpore decedunt. B. *Swet-gaten / pppjes / lucht-pypjes*. G. Schweiſzlocher. Gall. *Pores*. A. Idem.

POROCELE, est Hernia ex callo aut calculo excitata, in membrana erythroide hærens, renitens, dura, & inæqualis ex πᾶς callus, & κύλη tumor.

POROMPHALUS, est calculus aut callus, in umbilico protuberans, ex πᾶς, callus & ιυφαλος umbilicus.

POROSIS, est calli generatio, à πᾶς callum induco. B. *Feltmaking*.

POROTICA, sunt Medicamenta callum generantia, seu quæ exsiccando, incrassando, & astringendo partis alimentum in callum convertunt, à πᾶς callesco.

PORPHYRITES, est lapis ex filice aut porphyre, superficie lœvi & æquali, super quo, ancillante alio lapide, cursore dicto, alijs lapides, gemmae &c. in subtilem pulverem rediguntur. B. *Gren vryf-steen / prepareer-steen*. G. Reib-stein, preparier-stein. Gall. *Porphyre*. A. Prepar-ed-stone.

PORRACEA BILIS, vide *Bilis*.

PORRUM, est planta, quæ habet folia ex tunicis radicis enata, plana, quandoque carinata; caulis est rectus, crassus, solidus, succulentus: flos hexapetalus, quasi campaniformis, ornatus staminibus latis, planis, in tria capillamenta exeuntibus, quorum medium apice donatur; flos in fasciculos globosos colligitur: ovarium sit fructus subrotundus, trilocularis, fetus seminibus subrotundis: bulbi sunt oblongi, angusti, ferè cylindrici, tunicati, politi, splendentes, albi: tota hæc planta habet odorem alii, & colitur in hortis; planta hæc ita tunicata est, ut bulbus totus in tunicas possit resolvi, & folia sint tantum elongatae squammulæ bulbi: nomen habere dicunt, quod porro eat & longè latèque graffetur. Gr. Πέριον, à Πέριον incendo, est enim calidum: habentur variae species. B. *Parsi*. G. Lauch. Gall. *Poireau*. A. Leke.

PORRUS, est Verrucae species, quæ habet quasdam radices ad extra, ad similitudinem porrorum, & ita minutum fixa. Vulgo *Oculus Gallinae*.

POR-

PORRIGO, idem quod *Furfuratio*.

PORTA, Gr. πορτα, sic vocatur Hepatis pars sima, ubi duæ parvæ inveniuntur eminentiæ seu protuberantiae, quas *Portas* appellarunt veteres Medici, putantes chylum per facultatem attractricem suctum ex Intestinis in venas mesafaricas ad Venam portarum attrahi, & per vim Hepatis assimilatricem in sanguinem converti; quod falsum esse anatomicorum inventa, & imprimis Harveyi observata evicerunt; *Vena* quæ ibidem loci ex visceribus imi ventris sanguinem in hepar dicit, ideo *Vena Portæ* vocatur. B. **De leber-pforte.** G. Die leber-pforte. Gall. *Porte du Foie.* A. The Livers port.

PORTÆ VENA, vide *Vena*.

PORTULACA, **PORTELLA**, **PORTICULA**, est planta, quæ habet caulem rotundum, crassum, rectum, succulentum, tenerum, politum, splendentem, rubicundum, in ramos divisum: folia succulenta, oblonga, fere rotunda, crassa, satis ampla, splendentia, carnofa, coloris albescens aut flavescentis, saporis viscosi, subacidi: flos est rosaceus, plurimis petalis in orbem positis constans, ex cuius calice monophyllo & bifido surgit pistillum, quod deinde simul cum calice abit in fructum, plurimumque ovatum, seminibus fætum orbiculatis, nigris, parvis, & duabus testis in summo donatum, quarum exterior, quæ calicis pars fuit bifida primo, interior vero, quæ aliud nihil est, quam pistillum ampliatum; postremo transversa bifariam dehiscunt, inferiori seu calicis altera parte pediculo affixa: radix est fibrosa, simplex. Gr. Αρδεάχην. Πυλις, Πυλίδιον quidam putant à porco, (quasi porcorum lactuca) nomen habere, unde κοροβότανος, percisi herba; vel à πόρη porta. Αρδεάχην quasi Αργάχην quasi cum ἀργά ὡρη pullulet. B. **Porzelerin.** G. *Portulak*, bartselkraut. Gall. *Pourpier*, *Porcelaine*. A. *Purflain*, porcelain.

PORUS BILARIUS, seu **HEPATICUS**, est canalis, ex tota Hepatis substantia undique oriundus, ex minimis in majores canales definens, tandem in unicum, qui ductui Cholidacho infertur; vehitque bilem, in glandulis Hepatis præparatam, ex Hepate; eamque in intestinum duodenum amandat. *Porus* etiam omnem ductum & meatus significat, à πόρη pervado. B. **Galleider.** G. *Der Galen-leiter*. Gall. *Pores biliaires*. A. The Bile Channel.

POSCA, putatur dici à *πόσις* potio, idem quod *Oxy-*
cratum.

POSSETUM, Gr. Συθηκαλα, est lac decoctum, cui sub
finem coctionis cerevisia infunditur, tunc liquidum serum
in febribus forbendum datur, & coagulum removetur,
potio est Anglis familiaris. B. *Een biermelkjen*. G. Bier-
molcke, Poffet. Gall. *Poffet*. A. Idem.

POSYBRACHIALE, idem quod *Metacarpus*.

POTAMOGEITON, Gr. Στραχοττος, Lat. Fontalis, quia
fontibus & præsertim fluminibus vicina est. Siquidem in
aquosis & palustribus locis nasci amat. *Stachyites* vocatur,
quasi spicata, ob caulem quem ex se mittit floribus & se-
mine spicatum: ex *πόταμῳ* fluvius, & *γίγαντος* vicinus. B.
Ponten-kruid/ *Swem-kruid*/ *Swam-kruid*. G. Schwem-
men-kraut. Gall. *Epi-d'Eau*. A. Water-grass.

POTENTILLA, sive *ARGENTINA*, an ita dicitur
ob potentes vires sistendi sanguinem? Vide *Anserina*, &
Argentina.

POTERIUM, est Cardui species, quamvis illud no-
men & aliis plantis imponitur. Sic dicitur, quod sit po-
trix herba, paludosum riguumque solum amet, vel forte
quasi *πότις*, quod paludosum riguumque soli amans sit, sed
etymologia non arridet, quia potius montes & loca are-
nosa amat: potius quasi *πολύπιτος*, vel *πότις πεπτος*, quod
lanugine obducatur lanosa.

POTIO, seu *Potus*, à potare, est mixtura vel disso-
lutio ex variis; vel decoctio, quæ bibitur, ut haustus,
decoctum, emulsio, julapium &c. B. *Een drank*. G. Ein
trank. Gall. *Potion*. A. A Drink.

PRÆCIPITANTIA, sunt, quæ acidum in corpore no-
stro infringunt, & quasi præcipitant: est vox à Chymicis
mutata, quia præcipitando res alterius indolis sunt. Vide
Absorbentia.

PRÆCIPITATIO, est quedam minimarum particula-
rum in liquore conveniente solutarum, & per contrarium
liquorem infusum, subsidentia & reviviscentia. Si coral-
lia alive lapides, & Margaritæ, oculi cancri, argentum
vivum &c. aqua forti solutæ, & si aliquod alcalicum in-
jiciatur, particulæ anteā invisibles, statim sub pulveris
forma subsident. Ita sulphurea, ut succinum, lacca, resi-
na &c. spiritu vini soluta, ab infusa aqua præcipitabuntur.

B.

B. **Schifting**, / nederstootting. G. Niederschlagung, præcipitation. Gall. Precipitation. A. Idem.

PRÆCORDIA, Gr. Φείν, sunt viscera omnia in thorace contenta. B. **Boëstingewanden**. G. Das obereingeweide, die gegen da das hertz grublein ist. Gall. *Les Parties autour du cœur*. A. The Entrails in the Breast.

PRÆFOCATIO UTERINA, vide *Hysterica passia*.

PRÆPARANTIA VASA, sed melius *Testicularia*, sunt venæ & arteriæ ad testes & Epididymides euntes, sic à Veteribus appellantur, ex præjudicio putantes in iis semen præparari: Vena plurimis ramificationibus & anastomosibus: Arteria verò recto ductu, duabus aut ad summum tribus bifurcationibus incedit, & Anastomosibus Lateralibus in Venam hiat. B. **Bereidende-vaten** / **zaat-vaten** / **kloot-vaten**. G. Die samen-gefäßse, die bereit-gefäßse. Gall. *Vaisseaux Spermatiques, ou Pampiniformes, ou Pyramidaux*. A. The preparing Vessels.

PRÆPARATA, in pharmacia denotat medicamenta simplicia, videlicet solida, subtilissimum in pulverem, lingue ractum fugientem, accidente aquâ convenienti, supra porphyritem lævigata, denuoque sub pastillorum formâ exsiccata: sic prostant corallia, cornu cervi &c. Nec non alia simplicia medicamenta, quæ interdum acetato, vino, vel alio liquore, per aliquot dies immerguntur, rursusque exsiccantur, correctionis nimisrum, ut creditur, gratiâ, sub præparatorum numero quoque enumerauntur, radices asari, ari, &c.

PRÆPUTIUM, Gr. ἀγενθύτα & πέρην, est glandis, penis virilis, involucrum, eitque tantum continuatio Epidermidis, cutis, & membranæ cellulosa: à putando dictum, ab Hebræis enim & Turcis resecatur, unde Appellæ & Recutiti appellantur. Item clitoridis projectura, estque Præputiolum in fæminis præter exilitatem à virili diversum in eo, quod partem glandis tantummodo superiorem tegit. B. **De vooghuid**. G. Die vorhaut. Gall. *Prépuce*. A. The sore Skin.

PRÆSEPIA, seu **PRÆSEPIOLO**, sunt foraminula illa utriusque maxillæ, quibus dentes continentur. Gr. Φάρνα & Φάρνα Galeno. B. **Tant-herbels**, G. Zahnhölen. Gall. *Alveoles, Cavité des Dents*. A. The holes of the Teeth. Item Apum alvei sive celluæ præsepiæ appellantur.

PRÆSERVATORIA INDICATIO, est modus quo per victus rationem & remedia convenientia, à morbis futuris præservamur. B. *Verhoedende inzicht*.

PRÆSIDIUM, idem quod *Auxilium*, *Remedium*, aut *Indicatum*.

PRÆT. NAT. vel P.N. significat præter naturam.

PRASSINA BILIS, vide *Bilis*.

PRASUM, est *Porrum*, à τρέπω incendo; quia porruri comedestum sanguinem accedit, linguamque mordet. Vide *Porrum*.

PRASUM & PRASSIUM, vocatur *Marrubium* seu *Ballote*. Nomen impositum à cauliculis quadrangularibus videtur: πεποιηται enim dicuntur dispositione quadrangulares: vel quod in ταῖς πεποιηταις coleretur: adeo ut cum porro, ut viri docti voluere, nullam similitudinem habeat. Vide *Marrubium*.

PREGMA, vide *Bregma*.

PREHENSIO, vide *Catalepsis*.

PRESBYTIA, est obscuritas visus in rebus propinquis, cùm tamen in distantibus aliqua sit perspicacitas, ténibus familiaris, ex oculorum planiori figura oriunda, ex πεποιηταις senex. B. *Blindheid van ouderdom / oud gezicht*.

PRIAPISMUS, est *Tenigo*, sive pudendi diutina sine libidine erecțio. Item membrum virile. Gr. etiam vocatur Σαρυγείας, à πρίαπες *Priapus*, *Veneris & Liberi Filius*. Vide *Satyriasis*. B. *Noedestand tegens wil*.

PRIAPUS, idem quod *Penis*.

PRIMORES DENTES, sive ANTERIORES, ab officio in cibis incidendis dicuntur *Incisorii*. Item γενάσσονται quia inter ridendum primi denudantur, *Tonici Celso*, τομής Διηγασθῆται, Κτένες, Τομίται &c. numero quatuor sunt superius, totidemque inferius. B. *De bottertanden*. G. G. Die vorderste zähne. Gall. *Les Dents de Devant*, ou *Incisives*. A. The fore Teeth.

PRIMULA VERIS, sive BETONICA ALBA aut HERBA PARALYSEOS, est planta, quæ habet folia ampla, oblonga, aspera, rugosa, repentina; ex his erumpunt caules lanuginoli, rotundi, nudi: flos est monopetalus, hypocrateri formis, & multifidus, ex cuius calice (qui tubulatus est) surgit pistillum intimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abiit in fructum seu testam

stam oblongam, in ipso calice vel ferme reconditam, apice dehiscentem, & seminibus fætam minimis, obrotundis, nigris, placenta affixis: radix est satis crassæ, squammosa, rubicunda, fibrofa, saporis adstringentis, odoris grati & aromatici: hæc planta crescit in pratis & sylvis. Sic dicitur quod incipiente vere & ante illud tempus flores suos emitit. B. Sleutel-bloemien / Hemel-sleutel / back-kruid / St. Peters-kruid. G. Schlüssel blum, Himmels-schlüssel, St. Peters-schlüssel, weisz betonie. Gall. Concou, prime vere, Baxillon, Primerole. A. Cow slips, prim rose.

PRINCIPES DIES, vide *Critici Dies*.

PRINCIPIA, idem quod *Elementa*.

PROBOLE, idem quod *Apophysis*.

PROCATARCTICA, est causa morborum præexistens, vel præincipiens, unâ cum aliis agens, unde primò morbus producitur; sive illa sit externa sive interna, ut ira vel æstus aëris, Cacochymiam movens, sebimque inducens, à προκατάρξῃ antegredior. B. Voorzakkende voorzaak.

PROCATARXIS, idem quod *Procatarctica*.

PROCESSUS, idem quod *Apophysis*.

PROCESSUS CILIARES, sunt quædam fibræ in oculo musculares, quibus oculi pupilla dilatatur & contrahitur. Ab oculi pupilla, velut radii à corpore luminoſo profecti, in orbem disponuntur; fibræ istæ serie denſa ordinatæ, anterius, ubi corneæ tunicæ coherent, colore viegato insigniuntur; interim ubi crystallini humoris margini, ac etiam tunicae retinae ora contiguae sunt, temper nigræ apparent: Iste processus ciliaris ex minusculis musculorum fasciculis subalbidis componitur, numerum octogenarium excurrentibus, ligamento cuidam ex totidem nigricantibus extructo, alligatis. Harum utriusque ordinis fibrarum quædam, ligamenti latitudinis margines ambo tangunt, quædam ad Medium pertingunt. Musculosa hæc contextura cum tota uvea membrana mobilis est. Ubi crystallini humoris limbum, ut & retinae expansionem tangit, nigra planè est. Non tantum etiam oculi pupillam dilatant, aut contrahunt, quin & humorem crystallinum protrudunt, ac retrahunt, inque objectorum aspectus hoc illuc deflectunt. B. De regenboog̃ hairige kring. G.

Die augen wippen, der regenboge gleiche haer treis.
Gall. Procès ciliaires. A. Idem.

PROCESSUS CHYMICI, nihil aliud sunt quam Operationes Chymicæ integræ; quando nemp̄ in rei examine procedunt, & tandem ad scopum quæsum perveniunt. B. Chymische voortgang. G. Chymische arzeney stukke. Gall. Operations Chimiques. A. Procession Chymical.

PROCESSUS PERITONÆI, describuntur, quod sint veluti fistulae duæ oblongæ, vel canales laxiores viris in scrotum descendentes, per foramina tendinum musculorum obliquorum & transversorum, in quibus productiōnibus, vasā seminaria descendunt & recurrunt, atque pro p̄ testes processus hi magis explicantur, sūntque testium tunicae: Verum illud magis locum habet in brutis quam hominibus: quia vasā ad testes euntia per peritonæi duplicatam membranam excurrunt, nam si hominibus contingenter, nemo ab Herniis eset liber. Verum si detur, quid tum fit, quam quod intestina in scrotum delabuntur, cuius lapsus, Hernia intestinalis vocatur. B. Penszahs scheuten. G. Der anhang des bauchs hæutleins. Gall. Procès, ou Appendices du Peritone. A. The process of the peritoneum.

PROCIDENTIA ANI, est intestini recti, propter nimiam laxitatem, per anum delapsus. Vocantur item Procidentia sedis Plin. procidia sedes Eidem, προεισταν ἀρχὴ, quando sedes prolabitur. Gr. προεισταν ἀρχὴ οὐ σης. B. Als het lyp uit gaat/ uithangen des sindel darmis. G. Das vorgehen, ausfallen des astter-oder masldarms. Gall. Chute ou Descente de l'Anus. A. Falling down of the arie gut.

PROCIDENTIA UTERI, est relaxatio tunicae internæ vaginæ, quā per pudendum prolabitur, & à Medicis resēcata fuit; olim & adhuc quidam uterum prolabi posse putant licet rarissimē fiat; & si fiat, per imprudentiam obstetricum fit, putantes sē attrahere placentam, & ipsum arripiunt uterum. De quibus legendus Dom. Portal qui Gallicē librum edidit de l'Accouchemens des Femmes. B. uitval vel zinking des lypmoeder. G. Das heraus fallen, vorhergehen der bærmutter. Gall. Abaissement, Chute, ou descente de la Matrice. A. A Falling of the Womb.

PROCONDYLI, sunt ossa digitorum, Metacarpio proxima,

xima, ex προπόντιαι δίγαντος. Vide *Metacondyli*.

PRODROMUS, est morbus, ex suo genio alium superventurum indicans : ut angustia pectoris, Phthisis vel Rachitum præfigit, ex προπόντιαι & δέσμῳ fugio. B. *Doodlooper*. G. Ein vorlæuffer, vorbott. Gall. *Avant-coureur*. A. A Fore-runner or presage.

PRODUCTIO, vide *Apophysis*.

PROEGUMENA, est causa morbi Antecedens interna, in corpore ex alia remota ortum habens, & ita morbum producens, ut eâ sublatâ, morbus possit perseverare, quemadmodum cacoehymia, à vitiata victus ratione producita, unde obstructio vasorum & meatuum vel constipatio viscerum producitur, à προεγύμεναι antecedo. B. *Doodgaande oorzaak*. G. Vorgehende ursach. Gall. *Cause antecedante*. A. Antecedent cause.

PROFLUVIUM, multiplex est, nempè sanguinis ex naribus, vulneribus, ex pudendo muliebri, ut in expurgationibus, & menstruis nimis. Sic dicitur de semine ut in Gonorrhœa, sic de excrementis, ut in dysenteria, diarrœa, lienteria; cœliaca passione : sic de lacte, nimis quantitate profluente, ita de capillis decidentibus. &c. B. *Bloed*. G. Ein flusz. Gall. *Ecoulement, Perte*. A. A Fluxion, Flixe.

PROFUNDUS MUSCULUS, idem quod *Perforans Musculus*.

PROGNOSIS, & **PROGNOSTICA SIGNA**, sunt quibus futura, quæ ægro accidunt, præcognoscimus. Quæ imprimis petuntur ex observationibus in timili morbo notatis ac præsens hic adeat. 1. Ex viribus vitae præsentibus cognitis, & comparatis cum causis morbi, quibus trutinatis num morbus diu, num brevi regnaturus, sit, sati benè tutoque prævideri potest. 2. Ex ægri prægressa vita ratione, corporis habitu firmo vel debili, ætate, sexu, clymate sub quo vivit, anni tempore, & prægressi in eodem corpore morbis. Si hæc omnia sollicitè perpendit medicus, singulaque exactè trutinat, tuto ex arte concludere potest quid in morbo secuturum sit, si nihil novi, quod mutet ægri statum, accedat; similibus Hippocrates insitens viis, tantam sibi conciliavit famam, unde nihil medicum Deo magis similem reddere, quam futura prædicere, asseruit, à προγνωσται prægnosco. B. *Doodkennings*

Dood

voorzegging. G. Das vorsagen. Gall. *Prognostique*. A. A. Prognostication or fore telling.

PROJECTIO, est terminus chymicus, & dicitur quando pulvis calcinandus crucibulo cochleatim sive per vices injicitur.

PROJECTURA, idem quod *Apophysis*.

PROLABIA, Gr. πλεύλαι, sunt extremæ labiorum partes prominentes. B. *Voorlippen*. G. Die Vorläßtzen, vorlippen. Gall. *La partie anterieure des Levres, ou le devant des Levres*. A. The Fore Lips.

PROLAPSUS UTERI, vide *Procidentia Uteri*.

PROLEPTICUS, est morbus semper anticipans : ut si febris hodie horâ quartâ adveniat , cras verò horâ tertia vel secundâ , à προλαπτικώ anticipo. B. *Een vervroegende ziekte*.

PRONATORES MUSCULI, alter est *Rotundus*, alter verò *Quadratus*, & ambo radium movent. *Primus* a forma & munere dictus *Pronator Rotundus*, interiori humeri tuberculo alligatus, hinc ad radii medium , cui valido adhæret tendine, excurrit. *Secundus* dicitur *Quadratus*, ab interna ulnæ ossis parte transversim productus, interno itidem radii lateri annexitur. B. *De voorzinkende spieren*. G. Der herum fuhrende mausz. Gall. *Muscles Pronateurs*. A. The pronator Muscle.

PROPAGO, dicitur vitis vetula depressa, atque in terram per inflexos arcus submersa , ut ex una plures emergant. B. *Afsloting / afzetting / afleiding*. G. Ein alter rebstock, den man wieder einlegt ; een reisz , das man fortsteckt ; das ein legen , fort pflanzen. Gall. *Provins de Vigne*.

PROPHASIS, est prænotio in morbis. Item, occasio & causa antecedens , à προφάσια præluceo.

PROPHYLACTICA, est pars Hygiënae , quæ morbos futuros & imminentes avertit , à προφυλαξιᾳ præservo. B. *Verhöedende inzicht*.

PROPHYLAXIS, idem quod *Prophylactica*.

PROPOLIS, est crassior apum materia, flava, odorata, styracem, ut scribunt, sed potius resinam odore referens, cera finitima; gluten in alveorum foribus repertum. Quidam *Ceram Sacram* vocarunt, quantum ego judico , non tantum ex aliorum relatione, sed *airovia* teste, nihil aliud est

est quam ruditus quædam resina, nullam habens nec odore, nec sapore, nec consistentia cum cera similitudinem : sapor subamarus est, igni si imponatur, lignum aloës redolat, & consistentia spissior est, imo & colore subnigra. Illa materia lateribus alvei non tantum adhaeret, ne aëris injuria apum generi nocuæ sint, sed hyemali tempore circa introitum sive alvei portam ob eandem causam, unde & ei nomen, maximè adhaeret, ex πρὸ πρ., & πόλη ποτα. B. *Doozwaschj.* G. Die wachschwinden, vorstosz, nebenwachs. Gall. *Propole.* A. Idem.

PROPOMA, est potus ex vino & melle vel saccharo paratus, à προποιίᾳ præbibo.

PROPTISMA, est Medicamenti propinatio, à προπίσμα πρæbibo.

PROPTOSIS, est partis alicujus procidentia : ut Oculi, Omenti, Uvula &c. à προπίσμα procido.

PRORÆ OS, vide *Bafilare Os.*

PROSERPINACA, vide *Polygonum.*

PROSPHEROMENA, sunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra corpus sumuntur, à προσφέρειν offero, adhibeo, admoveo.

PROSPHYSIS, est agnascientia, cohærentia & coali-tio, cum sc. digitū sibi invicem connexi sunt & coalescunt, à προσφέρειν agnasci facio. B. *Cen t'zamen-wag.* G. Zusammen-wachlung. Gall. *Coalition.* A. Idem.

PROSTATAE, ADSTANTES, sive **CORPORA GLANDULOSA**, sunt duæ glandulæ infra vesiculos seminales sitæ, juxta meatum seminarium ; vel potius una, continua conica glandula, quæ adnascit urethræ parti, quæ flaccida est ad vesicæ urinariæ collum, antequam bulbus sive corpus cavernosum ad urethram accedit, circumscita est fibris muscularibus, & composita duodecim distinctis aggregatis glandularum ita, ut glandulæ cuiusque aggregati per emissaria sua desinant in unum faccum, cui infundunt suum humorē; hinc facculi duodecim distincti totidem distinctis notabilibus emissariis hiantes in cavum urethræ ita, ut undique cingant exitum illum vesicularum : undè accuratè hic miscentur semen & humor prostatae : dum vesiculæ & prostatae eadem membrana musculari cinguntur : humor hic factus, est blandus, pinguis, candidus, copiosus ; post abstinentiam ab opere

opere venereo diuturnam actione deponendæ alvi aut reddendi lotii, sœpè expressus, animalcula, quæ in semine adfunt, non continens, ablata testium, & vesicularum seminalium, actione, superfites, nec tamen tunc prolifer, videtur hinc semen crassius & cineritum diluere, vehere, & fortè in primis à coitu momentis nutrire animalcula in vero semine contenta, unde unā cum semine ejicitur; forte & urethræ lubricationi inservit, titillatio ansam dare etiam perhibetur, simile quid in feminis reperit Doctiss. C. Barthol. T. F. cum R. de Graaf, à προστάτῃ prostituuo, præsum. B. **De voorstanders.** G. Die vorständer. Gall. **Proftates.** A. The Fore Standers.

PROSTE THIS, est pectus, sive thoracis anterior facies: Item, pars carnosæ in manuum & pedum cavitate, nec non inter digitos nascens, ex πρός pro, & στάτη pectus.

PROSTHESIS, est pars Chirurgiæ, quæ quod deficit, restituit. Exemplum habemus in solutione continui, ut patet in ulceribus cavis & fistulosis, quæ arte chirurgicâ carne supplentur, à προσιθηναι appono.

PROTOPATHIA, est morbus primarius, sive Idiopathia, quæ ab alio morbo non est orta, ex πρώτη primus, & πάθος patior. B. **Een voorname ziekte / of die op zich zelven bestaat.**

PROTUBERANTIA, vide *Apophysis*.

PROVOCATORII DIES, vide *Critici Dies & Intercales*.

PRUNA, idem quod *Anthrax*.

PRUNELLA, sumitur aliquando pro *Aphthis* vel albantibus, nigris vel puniceis, aliquando pro *Angina* vel *Febre Hungarica*. B. **De bruine.** G. Die bræune. Gall. **Prunelle.** A. Idem.

PRUNELLA, sive Brunella, planta hæc sic videtur dici, quod conveniat in febribus ardentibus, quando os & lingua prunæ instar ardent recens planta veteribus cognita planè, quæ nomen traxisse videtur à vocabulo Germanico *de Bruyne*, quod est species anginæ, quæ semper intra paucos dies in gangrænam abit, estque morbus castrensis, & dicitur exercitus quidam hoc morbo fere totus laborasse, multaque remedia esse adhibita, & tandem hæc planta esse inventa, quæ omnes ægros hoc morbo laborantes curavit, succum hujus plantæ in gargarif-
mate

tnate assumpserunt , & foliis pro cataplasmate usi sunt ,
undē perfectē curati fuerunt. B. **D**e b̄une / b̄unelle. G.
Brunellen , gotsheil , St. Anthoni-kraut. Gall. *Herbe au
Charpentier, Brunelle.* A. Self heal.

PRUNUS Sylvestris , est arbor cuius cortex est gri-
feus , ferè purpureus : folia Prunum sativum referunt , sed
minora , saporis sunt subadstringentis : calix est mono-
phyllus , quinquifidus ; flos est albus , rosaceus , penta-
peratus , staminibus triginta vel ultra præditus : ovarium
in fundo calicis fit fructus niger , subcæruleus , ovatus ,
vel globosus sub tenui , glabra tunica pulpam mollem con-
dens , in suo medio continentem osliculum oblongum vel
ovale , compreßum , utrimque acuminatum , unico intus
nucleo fætum : pediculus satis longus fructui suppositus
fructus caro est dura , virideſcens , ſaporis ſcriptici : radix
lignosa , nigra , ſe undique extendens : hæc arbor crescit
in locis incultis : Gr. Νεάν , Asiaticis περσική , an quia ei
magnus & durus nucleus , five πυρην. B. **P**ruim-boom.
G. Pflaumen-baum , quetschen-baum , wetschen-baum.
Gall. *Prunier, Prunier sauvage.* A. Plum-tree.

PRURIGO , ſeu Scalpurgio.

PRURITUS , habet aliquid ex titillatione , dolore &
voluptate : ſed illud proprium eſt , ut ad scalpendum in-
citentur , undē clarum eſt , vires ad refiſtendum hic mi-
nores eſſe , ſed tamen majores quam in dolore , undē scal-
pendo novâ ſenſorio inductâ concuſſione , adeò videntur
vires augeri , ut id quod titillat , excutiatur , & ad latus
depellatur. Id etiam notandum , non ſentiri pruritum niſi
in cute externa , adeoque comitem eſſe ſcabië &c. defini-
tur ergo quod fit cutis inæqualitas ſicca , cum diſſicultate
pruriginoſa , ortum habens à particulis ſalino fixis acriter
pungentibus , in cutis glandulofis aciniſ & poris ab aliis
tenacioribus retentis , quæ circuitum abſolvere , vel per
diaphoreſin emanare non poſſunt. Gr. Κρηπός , Κυνηγός ,
Ἄντρας. B. **J**ekkte. G. Das jucken der hant. Gall. *Prurit,*
Deniangaison A. Itching.

PSAMMISMUS , eſt balneum ex arena ſicca & calida ,
quo Hydropicorum pèdes exſiccantur , à γέμμῃ arena.
B. **E**n bad uit zand. G. Ein ſandbad. Gall. *Bain de Sa-
ble.* A. A bath of Sand.

PSAMMODEA , ſunt urinarum contenta arenosa & fa-
bu-

bulosa, ex $\psi\mu\pi\sigma$ arena, & $\pi\pi\sigma$ forma. B. **Zandach**, tigheid in de **pis**. G. Harn mit griesz. Gall. *Urine Sablonuse*. A. Sandy Urine.

PSAMMOS, est arena in corpore humano genita, quæ in passione nephritica sæpe emingitur. B. **Graavelig zand**. G. Griesz, sand kœrnlein. Gall. *Sable, Gravier*. A. Gravel Sand.

PSEUDOBUNIUM, est Napus sylvestris Cretica cuius vires in stranguria celebres. A. Candy Wild navew.

PSEUDOACACIA, est arbor procera, valde grata, quæ habet folia oblonga, terna conjugata : flores sunt albi, longi, leguminosi, papilionacei, odoris dulcis & grati ; ex horum calice fit ovarium membrana fimbriata obvolutum ; quod abit in filiquam planam, in duas partes dehiscentem, fætam semenibus reniformibus : hæc arbor crescit in America : nomen à $\psi\pi\delta\sigma$ falsum & Acacia quasi falsa Acacia. Gall. *Faux Acacia*.

PSEUDODICTAMNUM, est planta, quæ habet caulinos multos, minimos, lanuginosos, nodosos, albescentes : folia mollia, tomentosa, obrotunda, dictamnum creticum ferè referentia : flores sunt verticillati, dense congesti, coloris purpurei, monopetalii, bilabiati, labium superius fornicateum est, plerūque bifidum, inferius verò tripartitum ; ex calice autem infundibuliformi surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina oblonga in capsula infundibuliformi, quæ floris calix fuit, recondita : radix est fibrosa, minima, lignosa. Est Dictamnum falsum, à $\psi\pi\delta\sigma$ falsum, & dictamnum. Gall. *Faux Dictamne*.

PSEUDOSELINUM, est Caucalidis minoris species, cuius usus culinarius. A. Hedg. Parfly.

PSIDIUM, est Cortex mali granati, qui quoque vocatur *Malicorium*.

PSILOTHRON, vide *Bryonia*.

PSILOTHRON, seu **DEPILATORIUM**, est Medicamentum, quo pili vel è corpore auferuntur vel propter hirsutiem attenuantur, à $\psi\lambda\pi\sigma$ tenuis, & $\alpha\omega\pi$ lavo, vel à $\psi\pi\delta\sigma$ deglubo, denudo & $\vartheta\epsilon\pi$ pilus. B. *Ten hair uitvalleind middel*. Gall. *Depilatore*.

PSOAS, sunt musculi lumborum, circa duas inferiores

res thoracis & tres lumborum vertebrae superiores, initium afflicti, obliquo descensu in rotatorem femoris minorem deferuntur, à quibus femur flectitur, à $\psi\alpha\delta\mu$ contraho. B. *Lenden-spieren*. G. Der lenden maufz. Gall. *le Muscle Psoas*.

P S O R A, est scabies fera, cutim in fursures mutans, cum pruritu magno à $\psi\alpha\delta\mu$ scabie labore. Gr. $\psi\alpha\delta\mu \alpha\pi\gamma\alpha$. B. *En zimelachtrige schurst*. G. Die reudigkeit, eine abscheuliche krætze. Gall. *Galle, Rogné*. A. *Scurft*.

P S O R I A S I S, est scabies scroti sicca, pruriginosa, quæ sœpè cum exulceratione molestat.

P S O R I C A, sunt Medicamenta adversus scabiem.

P S O R O P H T H A L M I A, est pruriginosa oculorum vel potius palpebrarum scabies, ex $\psi\alpha\delta\mu$ scabies, & $\iota\sigma\pi\alpha\mu\mu$ oculorum dolor. B. *Schurfttheid der oogen*. G. Die reudigkeit der augen. Gall. *Galle ou Gratelle des Paupieres*. A. *Itching of the eyes*.

P S Y C T I C A, sunt Medicamenta refrigerantia, à $\psi\alpha\delta\mu$ frigido.

P S Y D R A C I A, ut definiverunt *Paulus & Alexander*, sunt exigua cutis capitis ulcuscula similia eis, quæ cutem exardere solent. *Celsus* paulò diversius definit, quod sit paulò durior pustula subalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum est. Verùm *Pollux* ex Medicis ipsis definitivit ptydracia esse igneas efflorescentias ulceratas sponte in capitibz cute apparentes. *Ptydraces* aliis sunt parvæ pustulæ, tanquam bullæ, supra cutim, à frigore hysmalii efflorescentes, à $\psi\alpha\delta\mu$, frigido.

P S Y L L I U M, est planta, quæ habet caules foliosos, farmentosos, ramosos, repentes: folia oblonga, angusta, acuta, villosa, incisa, nervosa, & parum laciñiata instar coronopii: cætera sunt ut in plantagine & coronopo: feminæ sunt parva, oblonga, puliciformia, lubrica, lucida, ex fusco punicea, saporis primum mucilaginosi, postmodum acris & nauseosi: hæc planta crescit in Italia & Germania: est herba cujus semen pulici apprimè simile est, vel ut nonnullis videtur, quia si viridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat, à $\psi\alpha\lambda\alpha$, vel $\psi\alpha\lambda\mu$ pulex. Hinc *Pulicaris Herba* appellatur. B. *Diao-kruid*. G. *Pſillien-kraut, floh-kraut*. Gall. *Herbe aux puces*. A. *Flea-bane, flea-wort*.

PSYLOTHRUM, vide *Psilothrum*.

PTARMICA, seu **STERNUTATORIA**, sunt, quæ majori, quam Errhina, prædita acrimonia, tantopere irritando, & corrugando nervos olfactarios & membranam pituitariam in naso, pituitam circa nares exprimunt, ut magna copia tum expellatur, tum erumpat, à πτερισθεντι. B. *Niesz-middelm.* G. Niesz-kraut. Gall. *Sternutatoire*. A. Sneesing powder.

PTARMICA, est planta, quæ habet caulem unicum, tenuem, rotundum, fistulosum, fatis firmum, undequaque instructum foliis Draconis esculenti foliis similibus, argutis, asperiusculisque denticulis circumquaque ferratis, atro virole splendentibus, sapore acri & servido Pyrethri mitiore: flos est radiatus, cuius scilicet discus ex plurimis flosculis, corona vero ex femiflosculis constat, embryonibus infidentibus, & calice squamoso comprehensis: embryones autem deinde abeunt in semina parva: radix est longa & filamentosa: crescit haec planta in locis incultis & arenosis, est Herba sternutationem promovens, à πτερισθεντι sternuto.

PTERIS, idem quod *Filix*.

PTERNA, idem quod *Calx*.

PTERYGIUM, est *Ala* seu *Pinna* nasu vel oculi aut processus aliformis ossis sphenoidis. Item, excrescentia membranosa, *Unguis* & *Ungula* dicta, supra corneam oculi tunicam, ab angulo ut plurimum interno, versus oculi pupillam excrescens, eamque siepe obscurans. B. *Gren nagel*. G. Ein fell über dem auge. Gall. *Ongle*. Item *Nymphæ pudendi muliebris*, à πτερισθεντι ala.

PTERYGIUM idem quod *Ala*.

PTERYGOIDES, dicuntur processus & musculi ossis cuneiformis à parte inferiore, duo tales ossa sunt processus in osse cuneiforme, verum duo sunt paria musculorum, quorum unum est *externum*, ortum ab externa parte alæ exterioris pterygoideæ, progressum retro inseritur forti tendine in spatio semilunari sito inter condyloidem & coronoidem maxillæ inferioris processum: alterum est *Internum*, ortum carneum & tendinosum ex tota interna superficie lamellæ externæ pterygoideæ, progrediens descendit, ac lato & robusto tendine affigitur fossulæ paulò supra angulum internum maxillæ inferioris sub magnis

magnis apophysibus; & hæc ambo maxillam inferiorem attollunt, ex $\pi\tau\iota\sigma\omega$ ala, & $\pi\iota\omega$ forma. B. *Dieugel-wpze spieren / of uitstekhsels*. Gall. *Muscles Pterygoidiens*. Item, cui scopulae operata alarum in modum extant, teste *Galen & Arateo*, quod genus hominum tabi obnoxium est, *Pterygoide Hippocr. & Arateo. οφθαλμ Hippocr.* B. *Dien de schouder-bladen uitsteken*. G. Dem die schultter herausz stehem.

P T E R Y G O S T A P H Y L I N I, sunt musculi Gargareonis sive uvulae, qui à processibus aliformibus originem trahunt, & in uvulae lateribus finem consequuntur; sunt duo internus & externus; Pterygo staphylinus internus sive spheno-staphylinus oritur propè supremam processus Pterygoidei partem ex osse sphenoïde, & finitur in parte posteriori ac superiori uvulae hic salpingo-staphylinus à Valsalva vocatur; quia è parte tubæ Eustachianæ provenit: Pterygo-staphylinus externus oritur juxta latus externum præcedentis, descendit inter utramque lamellam processus pterygoidei, tendinemque super apophysi tenui lamellæ interioris, quasi per trochleam, ad anteriorem uvulae partem reflectit, unde ab hoc pari sursum & antrosum, a reliquis retrorsum, & ad latera videtur moveri: hic musculus à Valsalva Musculus novus tubæ vocatur, quia tubam Eustachii, ut & nares ab eo dilatari existimat: à $\pi\tau\iota\sigma\omega$ ala, & $\tau\alpha\phi\lambda\omega$ uvula. B. *We lcl-spieren*. G. *Des zapssteins mæusz*. Gall. *Muscles Pterygo-staphylins, Muscles de la Lurette*. A. The muscle of the roof of the mouth.

P T I L O S I S, est oculorum vitium, ut incrasiat palpebrarum marginibus, ciliorum pili excidant. B. *Een dichte der oog-scheelen met uitryzen des hairs*.

P T I S A N A, est decoctio ex hordeo decorticato, passulis mundatis, glycyrrhiza &c. parata, à $\pi\tau\iota\sigma\omega$ pinso, decortico. B. *Een koel-drank/ gersten-drank*. G. *Gersten-bruehe*. Gall. *Ptisano*. A. Ptisan.

P T Y A L I S M U S, est major, quam naturaliter solet, salivæ ex ore secretio à $\pi\tau\iota\sigma\omega$ spuo. B. *Een geduurig spuwen*. Gall. *Flux de Bouche, Salivation*.

P T Y A L O N, est *Sputum* sive illa materia quæ tussiendo ex pulmonibus ejicitur; *Saliva* namque propriè significat liquorem per ductus salivales effusum, *Humorem* è nari bus & supra palatum, pituitam cerebri; at *Mucus tonsil-*

larum, est materia viscida, quæ per tonsillas excernitur, à *πλεια* spuo. Vide *Saliva*.

P TY S M A, idem quod *Ptyalon*.

P U B E S, est illa pars abdominis quæ pudendo proxima lanugine seu pilis tegitur, unde judicatur an quis matuerit nec ne : ideoque qui hujusmodi pilis non adornati sunt, *Impuberes* dicuntur. Maribus decimo quarto accrescit, fœminis vero duodecimo. B. *t Scham-hair*. G. Das schamhaar. Gall. *Le poil des parties hontenses*. A. Hair in the drievie partes.

P U B I S O S, sive **P E C T I N I S O S**, est pars ossis innominati, quæ in junioribus cartilagine ab Ischio & Ilio separata, in adultis cum iis concrevit : est vero præcedentibus duobus minus, situm in parte anteriori ubi duo ossa utriusque lateris se invicem contingunt, in hoc osse, ubi cum Ischio conjungitur, relinquuntur foramen magnum, ferè ovale : sic vocatur ob pudendorum viciniam. B. *Ht schaam-been*. G. Das scham-bein. Gall. *l'Os Pubis*, *l'os Bertian*, *l'os Barré*. A. The Share bone.

P U D E N D A G R A, idem quod *Lues Venerea*.

P U E R P E R A, fœmina est, quæ jam jam peperit, & quamdiu ex incommodis puerperium sequentibus decumbit. Gr. *παιδονῶς*. B. *Een kraamvrouw*. G. Eine kind betterin. Gall. *Une Accouchée*, une femme en Couches. A. A woman in child bed.

P U G I L L U S, Gr. *Δερμάτιον*, est mensura Medicorum, quæ herbae mensurantur; continet pugillus, quantum manu modicâ capi potest. Aliis tamen quantum tribus digitisprehenditur. Galenus abusive ruta fasciculum dixit quantum duabus digitis comprehendi potest. B. *Een handvol*. G. Ein handvoll. Gall. *Une Poignée*, *Pincée*. A. Smal Handfull.

P U L E G I U M, est planta, quæ plures habet caules longos, quadratos, villosos, quosdam elatos, alios repentes : folia sunt obrotunda instar Majoranæ, sed tactui molliora, & nigriora, ex horum alis ramusculi oriuntur vel parva foliola valde tenuia : flores sunt verticillati coloris cœrulei vel purpurei, aliquando rubicundi, raro albi, labiat, labium superius bifidum : flori succedunt semina minima : radix est fibrosa : sic vocant, quod ejus flores recentes incensi, pulices odore suo interficiant. Gr. *βλάχος* feu

seu *ράνχον*, quod gustatum à pecore, cùm floret, balatum concitet. B. *Polei* / *pulci* / *palei*. G. *Puley*, *poley*, fœk-kraut. Gall. *Pouliot*. A. *Penny grass*, *pudding grass*.

PULICARIA, seu *PULICARIS*, idem quod *Pistillium*.

PULMONARIA, idem quod *Peripneumonia*.

PULMONARIA, est planta, quæ habet caulem angulosum, villosum, coloris purpurei, Buglossum referentem: folia quædam ex radice erumpunt dispersa & repentina; alia stipiti adhaerent fine caulibus; sunt oblonga, acuta, ampla, in medio nervum habentia, lanuginosa, & plurimque maculata, semina obtusa, in capsula inclusa: radix est fibrosa, saporis viscosi: crescit hæc planta in sylvis. Pulmonum morbis medetur: vel sunt ea, quæ à similitudine cum pulmonibus, sic denominantur. Gall. *Pulmonaire*. A. Idem.

PULMONES, Gr. πνεύματα, & πλευνεναι. Spiramentum animæ *Virg.* est illud organum respiratorium, in Thoracis utraque cavitate positum, eamque sua bifida loborum divisione replens, constans vasis sanguini solo vehendo, & mutando (ut Arteria & Vena pulmonali) Aliis suo sanguine tantum nutriendo hunc (ut arteria Bronchiali) Aliis solo aëri excipiendo (ut arteria aspera cum suis divisionibus) dicatis: atque innumeris nervis pari vago, & lymphaticorum copiosorum omni genere & magnitudine variis &c. Quatenus aërem accipit per Asperam Arteriam, post ejus varias divisiones continuò decrescentes, tandem abit in substantiam ex vesiculis spheroïdeæ figuræ conflatam, membranaceam, subtilissimam, ultimo cæcam, expansilem ab aëre inflato, contractilem propriâ vi ut & Thoracis compressu, hæ vesiculæ undique vasis trajectoriis sanguineis & nutrientibus cinguntur &c. de quibus cunctis Cl. *Malpighius* inventor optime differuit. B. *We longe* / *ligte* / *loose*. G. *Die lung*. Gall. *Le poulmon*. A. *The Lightes*, or lungs.

PULPA, est caro fructuum, radicum, aliorumve corporum, quæ infusione, vel coctione extrahitur, eam per setaceum trajiciendo: ut pulpa tamarindorum, cassiae, althææ, dactylorum &c. vel contundendo, ut in cucumeris, melonumve semine; vel eligendo, ut pulpa colocynthidis &c. B. *Oleis* / *merg*. G. *Das march*, *das fleischige*, ohne gebeine. Gall. *Pulpe*, *Chair*. A. *Flesh-Marr row*.

PULSATILLA, est planta, quæ habet folia Pastinaca sylvestris satis similia, sed minora, huic tenui divisura, pilisque respondentia, ex pediculo longiori palmarie circiter admodum villoso, & propè terram subrubente, appensa, odoris acris & admodum nares serientis dum digitis conteruntur, gustus acerrimi, ex horum medio producitur caulinus rotundus, cavus, lanugine spissa obductus: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cuius meditullio surgit pistillum staminibus plerumque obsitum quod deinde abit in fructum in quo velut in capitulum colliguntur semina in tenui capillamentum definentia; folia etiam quædam caulem infra florrem cingunt, non fœcus ac in Anemone, à qua differt semine nudo in caudam tenuato: radix est crassæ, longa, nigra, in plura capita interdum divisa. Est Anemones species: sic appellatur, quod ostia anni quasi pulset, verque instare indicet; vocatur etiam Herba venti; quod sc. minimum tremuli pappi levissimo flatu huc atque illuc agitantur & propellantur: quare *bezegge* dici potest. B. *Keukenskruid / keukenschelle.* G. Keuchen-kraut. Gall. *Coquelourdes.*

PULSATIO, vide *Palpitatio*.

PULSATIO, CORDIS, vide *Pulsus*.

PULSUS, sive **PULSATIO CORDIS & ARTERIARUM**, est alterna Cordis & arteriarum dilatatio & contractio, facta ex sanguine influente & dilatante tum cor tum arterias; & ex harum fibrarum musculosarum vi contrahente, in sanguinem dilatantem agente; eumque propellente; haec actio in Corde dicitur *Diastole & Systole*, in arteriis dicitur *Pulsus*, haec vicissitudines in Corde fiunt tempore contrario quam in arteriis, dum enim Cor constringitur, arteriae à sanguine replente ex corde emisso dilatantur, prout igitur Cor vel arteriae frequentius vel lentius agunt in sanguinem, pulsus variant, hinc observatur in morbis *Validus, Languidus, Celer, Tardus, Durus, Mollis, Plenus, Vacuus, Aequalis, Inæqualis, Deficiens, Myurus, Mediocris, Undofus, Vermicularis, Formicans, Tremulus, Serratus, Caprizans*, &c. B. *Le pols.* G. Das puls. Gall. *Pouls, battement vel mouvement des artères, pulsation.* A. Pulse Beating of the Heart, and arteries.

PULVERISATIO, est, quando contundendo res duræ in

in pulverem rediguntur. B. Poedermaking. G. Das pul-
vermachen. Gall. Pulverisation. A. Pulverisation.

PULVILLI, idem quod *Splenia*.

PULVIS, vide *Species*.

PUMEX, lapix est erosus, porosus, spongiosus, exi-
guisque cavernulis, seu foraminibus plenus. Ad Con-
fluentiam Germaniae invenitur. Probatur, qui candore,
minimoque pondere, ut & qui quam maximè spongiosi,
aridique sunt, tritue faciles, nec fricando arenosi &c.
B. Pumstein. G. Beimstein, reibstein. Gall. Pierre pon-
ce. A. Pumice-stone. Gr. Κίρηνης. Arab. Tanech.

PUNCTUM AUREUM, vox est Chirurgorum, her-
nias curantium, atque illud fit, quando peritoænum ab
hernia in sacculum formatum, reducto Intestino in abdo-
mene aureo filo constringitur, ne rursus Intestina in eun-
dem incidunt locum. B. *De guldre steek*.

PUNCTUM LACHRYMALE, vide *Collicia*.

PUNCTUM SALIENS, dum ovum grandescit, in in-
teriori ejus tunica Amnios dicta, nubecula quædam com-
paret, quæ sensim crassior evadens, mucosam materiam
acquirit, in cuius medio primo punctum saliens, deinde
rude Embryonis corpusculum, ut informis galba, con-
spicitur: quod indies augescendo majorem perfectionem
nanciscitur.

PUNCTURA NERVORUM, est, quando nervus, ten-
do aut membrana, acu, spina, aut alia re acutâ compun-
gitur, unde sœpè symptomata lethalia orta fuerunt. B.
En zenuw-steek. G. Senader stich. Gall. *Piqueure de*
tendon, tendon piqué, Nerf piqué. A. A puncture of a
newe or Sinewe.

PUNICUM MALUM, Rami hujus arboris sunt exi-
gui, angulosi, spinosi; ejus cortex est rubicundus: folia
exigua, Myrthum referentia sed minus acuta, caules ru-
bicundos habentia, contusa odorem fatis fortè præben-
tia: flores sunt magni, rubicundi, rosacei, polypetalii,
ovario intra calicem innati, staminibus numerosissimis præ-
dicti: ovarium, excusso flore, emarcidis staminibus, ca-
licem in umbilicum contrahens, fit fructus pomiformis,
cujus cortex coriaceus, durus, rugosus, foris ex spadi-
ceo luteo puniceus, intus verò luteus, saporis amarican-
tis adstringentis, austeri; fructus est ferè globosus, coro-

natus, in plura loculamenta divisus, acinis succi plenis
fæta, membranis tenuissimis distincta, & semine turgenti-
bus ut plurimum oblongo: punica mala triplicia sunt ra-
tione saporis, 1º. dulcia, 2º. Acido dulcia, seu vinosa,
3º. Acida: hæc arbor crescit in hortis præsertim in regio-
nibus calidis, ut in Hispania: dici volunt à Pœnis, quod
in Punica regione abundè inveniatur, aliis placet nomen
diduci à colore puniceo, idem quod *Granatum*. Gall. *Gre-
nadier*.

PUPILLA, seu **PUPULA**, est Choroides sive uveæ
tunicæ apertio, in homine rotunda, quæ pro influxu spi-
rituum animalium in fibras radiantes longitudinales, &
orbiculares limbum internum constituentes, musculi in
modum contrahi vel dilatari solet. Gr. κέρας & γλάυκη. B.
Oog-appel. G. Der stern in dem aug, der augapfessel. Gall.
La prunelle de l'Oeil. A. The Ball, vel Apple of the Eye.

PUPPIS OS, idem quod *Frontis Os*.

PUPULA, vide *Pupilla*.

PURGANTIA, sunt medicamenta, quæ externè vel
internè corpori vivo applicata, irritando fibras muscu-
lares Æsophagi, ventriculi, Intestinorum ita agunt, ut ha-
omnia in sua cavitate vel glandulis vicinis hærentia deter-
minent sùa contractione versus inferiora, & excernant
per Intestinum rectum extra corpus. Gr. Καθαρισμός. B.
Buiftzuiverende middelen, purgeer middelen. G.
Purgierende artzney. Gall. *Remedes purgatifs*. A. Purging
Medicines.

PURGATIO, seu **CATHARSIS**, & **COPROPHO-
RIA**, est ipsa excretio materiae contentæ in ventriculo &
Intestinis per anum, producta vel ab ipsa se exonerante
natura, vel medicamentis purgantibus. B. *Buiftzuiverin-
ge*, *stocel-gang*, *afgang*, *kamer-gang*, purgatie.
G. Eine Purgation, abgang, reinigung. Gall. *Purgation*,
Selle. A. Purging.

PURPURA FEBRIS, est in qua corpus externè ma-
culis purpureis coloratur, & inter lethiferas recenseri de-
bet. B. *De purperhoes*. G. Purper sieber. Gall. *Fievre
pourprée*. A. A purple feaver.

PUS, vide *Pyon*.

PUSBA, idem quod *Poeca*.

PUSTULÆ, sunt sanguinis vitiōsi efflorescentia in cute

excitatæ, quæ vel propter Diaphoresin impeditam, vel propter pustularum materiam nimis viscidam eo loco hærent & inæqualitatem quandam excitant. B. *Puisten*. G. Ein porpel, blætterlein, blatter. Gall. *Ampoules*, *Pustules*, *Vessies*. A. A Blister, wheale, pushe.

PUTREFACTIO CHYMICA, est corporis concreti, per putredinem ordinariam, in calore humido substantiam ipsam corrupte, ejusque penetratia referente, dissolutio. B. *Verrottinge*. G. Das verfaulen. Gall. *Putrefaction Chymique*. A. Putrefaction in Chymistry.

PUTRIDA FEBRIS, sic olim vocabatur, sed talis non datur, nec dari potest, corruptis enim sanguine & succis, cætera non vivunt. Vide *Synochus*.

PYCNOYSIS, vide *Pycnotica*.

PYCNOTICA, idem quod *Incrassantia*.

PYELOS, vide *Choana*.

PYLORUS, sive *JANITOR*, est dextrum ventriculi orificium, Intestino duodeno annexum, per quod Cibi ex ventriculo expellendi in Intestina transeunt: à πόλη janua, & ἀριθμος custodio. B. *De poortier*. G. Der pförtner, thuerhueter. Gall. *Le pylore*. A. The porter.

PyON sive *Pus*, est materia alba, viscida, tenax, æqualis coloris in vulneribus & ulceribus bonis hærens, facta ex assuſa lympha ex vasculis ruptis, una cum partibus vasculorum emortuorum mixta, cuius pars tenuior avolavit vel absorptum est intra corpus, unde non nisi aliquo tempore post collectionem in vulnere dictis characteribus donatur. B. *Etter / materie*. G. Eiter. Gall. *Pus*, *Matiere d'une Playe*. *Apostume*. A. Matter.

PyOSIS, est puris in qualibet parte collectio, à πόσις pus.

PYRACANTHA, dicitur spina acuta sive oxyacantha: ut & pyra ster, sive pyrus sylvestris: priori arbori nomen minus respondet, sed magis posteriori, ex πυρ ignis, hinc derivatur pyrus, quod ejus fructus flammæ in modum plerūmque formati sint, & ἄναγκη spina.

PYRAMIDALES MUSCULI, in abdomine locantur, & rectorum infimis tendinibus incumbunt, nec sunt rectorum partes, ut putant *Vesalius* & *Columbus*, sed distincti musculi, ut probat *Fallopius*, licet rationibus quibusdam validis, quibusdam inanibus; membrana peculiaris,

quā investiuntur, & fibrarum cursus, diversos à rectis esse musculos ostendit. Ortum ab externo pubis osse fortuntur, & quanto longius ascendunt, tanto sunt angustiores, circa umbilicum in alba linea terminum consequuntur. Aliquando defunt, vel sinister dextra minor est, vel dexter sinistro. G. Der pyramid-gleiche mausz. Gall. *Muscles Pyramidaux.* A. Idem.

PYRAMIDALIA CORPORA, sunt vasa semen praeparantia dicta, de quibus suo loco. Item musculi narium & Abdominis pyramidales dicti, item duæ chordæ medullares circa basin medullæ oblongatae, videatur Willis de cerebro cap. 3. à πυραμις, corpus in superficie acuminatum.

PYRAMIS, vide *Canus*.

PYRENOIDES PROCESSUS, est dens secundæ Vertebrae : *Dentiformis* dictus.

PYRÆNUS, est Alcoholi vini, ex πυρ ignis, quia ignis ope destillatur, & ονομαστον vinum.

PYRETHRUM, Latinis *Salivaris* : hæc planta nominatur à fervido, ac ignis simili, qui in ejus radice est, sapore, undè plurimum salivæ elicetur, à πυρ ignis. B. *Bertram-kruid / vuur-wortel / tand-wortel / quipf-wortel*. G. Bertram, zahnwurtz, speichel-wurtz, geifer-wurtz. Gall. *Racine, Salivaire, ou Pyrethre*. A. Bartram, pellitory.

PYRETICA, idem quod *Antipyretica & Febrisfuga*.

PYRETOLOGIA, est Febrium descriptio : continens eorum symptomata, effecta, causas, & sanandi rationem &c. ex πυρετοις febris, & λεγω enarro. B. *Hooft's beschryvinge*.

PYRIFORMIS MUSCULUS, vide *Quadrigeminus*.

PYROLA, est planta, quæ habet caulem angulosum, multa folia acuta habentem ; folia ex radice erumpentia, quæ sunt satis carnosæ, polita, totâ hyeme virentia, caulibus longis adhærentia : flos in spicam congestus, est polypetalus vel pentapetalus, quasi galeatus, coloris albi; pistillum floris sit fructus angulosus, in quinque loculos dehiscens, qui loculi continent semina exigua ; radix flexilis, fibrosa, repens : tota planta habet saporem amarum & adstringentem. Limonium, Tintinabulum terræ, sunt synonyma, suo loco videnda, sic appellatur quod ejus folia

Pyri

Pyri arboris foliis similia sint. B. *Winter-groen*. G. *Winter-gruen*, *holtz-mangolt*, *wald-mangolt*, *wald-kol*, *kuechen-schelle*. Gall. *Verdure de Mer*, *Pyrole*. A. *Wintergreen*.

PYROS, vide *Triticum*.

PYROSIS, est ardens faciei rubor, qui illis præsertim contingit, qui fervidis diebus iter faciunt: à πυρώ accendo. B. *Hitte in 't aangezigt*. G. *Hitze in angelicht*. Gall. *Chaleur au visage*. A. *Hotness of the Face*.

PYROTECHNIA, idem quod *Chymia*, ex πῦ ignis, & τέχνη ars.

PYROTICA, sive URENTIA, sunt Medicamenta potentia calida, quæ corpori humano adhibita valde incalescunt, propterea quod particulas & poros ita habeant dispositos, ut vaporibus vel humoribus in eos se insinuantibus, subtilis materia tales ibi inveniat meatus, ut ipsa ibi vehementius mota, terrestres quasdam particulas duras & acutas, in iis natantes, impetuosis in vicinas partes agitat, atque ita calorem magis vel minus vehementem & diversimodè corruptem, vel immutantem, pro ratione sui motus & particularum movendarum diversitate excitet. Hæc sunt *Rubefacientia*, *Vesicantia*, *Cathæretica*, *Septica*, *Escharotica*, & *Psilotra*, à πυρία incendo. B. *Inbärandende medicamenten*. G. *Anbrennende mitten*. Gall. *Remedes caustiques*.

PYRUM, PYRUS, trucus hujus arboris est magnus, lignum flavescens, habitus procerior & erectior quam malii: folia satis lata, obrotunda, aliquantulum oblonga, acuta, viridia, in fine albescens, finis pedunculi abit in ovarium oblongum, cuius margo suprema fit corona expansa, instar calicis, in quinque segmenta, stellatim expansa, in centro cava: flos ovario innatus habet petala quinque expansa instar rosæ, nata ex interstitiis segmentorum coronæ, & stamina viginti vel ultra, etiam inde nata ex ora calicis, ovarii supremi centrum emitit tubas quinque terminatas in apicem scabrum, orbicularem, & ovarium ipsum fit fructus oblongus, turbinatus, quinque locularis, carnosus, umbilicatus, divisus in quinque locula menta, fæta seminibus nigris: hæc arbor crescit in hortis. Pyrorum infinitæ occurrit differentiæ multò plures quam Malorum, à fructu scilicet magnitudine, figura, colore, odore, sapore, consistentia, cortice, pediculis,

tempore quo maturantur, regione in qua proveniunt, dura-
tione &c. desumptæ Gr. Αἴρεται, sic dicitur quod fru-
ctus ad pyramidis similitudinem ē lato in acutum spectet
& in mucronem turbinetur. B. Perr-boom. G. Birnbaum.
Gall. Poirier. A. Pear-tree.

PYULCON, est instrumentum Chirurgicum, quo pus
vel sanies, ē profundis sinibus trahitur, ex πύλον pus, &
πάγκην traho. B. Een etterloos. G. Ein eiter aufzlaeszer.

PYULCUS, est cannula argentea, rotunda, oblonga,
vulnieri vel ulceri proportione respondens, cuius extre-
mitas, quæ vulneri immittitur, variis perforata est pun-
ctis, altera quæ extra vulnus eminet, lamellam orbicula-
rem circum positam habet, ne vulnus intret, & alligari
hinc parti potest.

PYXACANTHA, est buxæ spina: nomen accepit, quod
planta sit spinosa foliis buxeis, πυξίδη enim est buxus, &
ἄνθεια spina. B. Buhs-boom met doorn / buhsdoorn.
G. Buchs-dorn. Gall. Buys d'asne, Buys espineux. A.
Box-thorn.

PYXIS, Capsula est Pharmaceutica & Chirurgica; in
qua nempè Medicamenta asservantur: hinc Unguentum
quoddam olim, emolliens & inflammations depellens,
quia commodissimè in theca seu pyxide asservabatur, Py-
xidis nomen fortium est. Sinus item ossis coxae quoque
& Pyxis & Acetabulum & Cotyla appellatur. B. Busse.
G. Eine buechse. Gall. Une Boëte pour les Onguens, ou un
Etuy pour les instrumens. A. A Boxe.

PYXIDIS Os, vide Basilare Os.

Q.

Q. Pl. in formulis medicorum scriptum significat,
Quantum placet.

Q. V. est quantum vis, quantum volueris.

Q. S. Hoc est, quantum satis, quantum sufficit.

QUADRANS, apud Medicos est pondus trium uncia-
rum, id est Libræ Romanæ quarta pars. B. Een vieren-
deel / een vaandel. G. Ein viertheil. Gall. La quatrième
partie de la livre, un quarteron & en general, la quatrième
part d'un Tout. A. A Quarter, of a pound.

QUADRATUS MUSCULUS, sic vocatur *Musculus*
abductor Femoris, qui oritur à parte posteriore & exterio-